rū. q̄ eos quos ſuſceperit: in imis demergit. In q̄bꝰ ſacra
eloquia horribilē aſpectū hꝫ. qꝛ ineſtimabilē terrorē audi
entibꝰ incutiūt: cū ſupplicia īferis loquunt. Vn̄ ḡ dr̄. Sta Textus.
tura quoq; erat rotis: ꝛ altitudo. et horribilis aſpectꝰ. Qꝛ
ſcriptura ſacra in vtroq; teſtamēto ꝛ āmonendo recta eſt. ꝛ
ꝓmittēdo alta. ꝛ minādo terribilis. Hec nos fr̄es k̄mi ho-
dierna die largiēte dn̄o dixiſſe ſufficiat. vt ad differenda
ea q̄ ſubiūcta ſūt ocio repati redeamꝰ: in auctore oīm deo
et dn̄o nr̄o ieſu xp̄o ꝯfidētes. Qui viuit ꝛ regnat cū p̄re in
vnitate ſpūſſctī deus. Per oīa ſecula ſeculoꝝ. Amen.

Omelia ſeptima.

ET totū corpus oculis plenū in circui-
tu ipſarū quattuor. Cūq; ambularent
aīalia ambulabāt pit'r ꝛ rote iuxta ea:
et cū eleuarent aīalia de terra. eleuabant ſimul
et rote. Quocūq; ibat ſpūs: illuc eūte ſpū ꝛ rote
pit'r eleuabāt ſequētes eū. Spūs enī vite erat
in rotis. Cū eūtibꝰ ibāt. ꝛ cū ſtātibꝰ ſtabāt: ꝛ cū
eleuatis a terra pit'r eleuabant ꝛ rote ſequētes
ea: qꝛ ſpūs vite erat in rotis. Et ſiltudo ſup ca
put aīaliū firmamēti q̄ſi aſpectus criſtalli horri

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

bilis ⁊ extēti ſuꝑ capita eoꝝ̄ deſuper. Sub fir=
mamēto autē pēne eoꝝ̄ recte alteriꝰ ad alterū.
Unūquodqꝫ duabꝰ alis velabat corpus ſuū: et
alterū ſimiliter velabatur.

SIcut noſtis fratres kmi: cōſuetudo ꝓphetie eſt
nunc iſta / nunc illa cōſpicere: ⁊ ab alijs in aliud
ſubito ꝟba diriuare. Sicut pſalmiſta cū de dn̄o
Ps.vij. loquereṫ: dixit. Deꝰ iudex iuſtꝰ. fortis et patiēs
nunqd̄ iraſceṫ ꝑ ſingulos dies. Niſi conuertamini gladiū
ſuū vibrauit. arcū ſuū tetēdit et parauit illū. ⁊ in ipſo para
uit vaſa mortis: ſagittas ſuas ardentibꝰ effecit. Repente
ſubiūgit. Cōcepit dolorē. ⁊ peperit iniqtatē. Lacū aperu
it ⁊ effodit eū: ⁊ incidit in foueā quā fecit. Ecce cū dn̄i nar
raret iuſtitiā: q̄ſi nō mutata voce repēte pctōris itulit cul=
pam. Qđ vnū me exēpli cauſa dixiſſe ſufficiat. Qꝛ qſqs in
ꝓphetis vſum lectionis hꝫ. qꝫ crebro iſta faciat: non igno
rat. Unū nūc ezechiel ꝓpheta cū de rotis loquereṫ: adiūxit
Textus. Et totū corpus plenū oculis in circuitu ipoꝝ q̄ttuor. Qui
enī nō ipſaꝝ: ſed ipſorū dixit: ꝑfecto indicat. qꝛ repēte ſer
mo eiꝰ a rotis ad aīalia rediit. Per q̄ nimirū ꝑfecti quiqꝫ
vt p̄dictū eſt deſignātur. Corpora itaqꝫ aīaliū iccirco ple=
na oculis deſcribunṫ. qꝛ ſanctoꝝ actio ab om̄i ꝑte circūſpe
cta eſt. bona deſiderabiliter ꝓuidēs. mala ſolerter cauens
Et h̄ eſt laborioſiꝰ. qꝛ ſctōꝝ mens vehemēter inuigilat: ne
ſe ante eorum oculos mala ſub bonoꝝ ſpecie abſcondant.
Circūſpecta ḡ eſt vita ſāctoꝝ: ne ſic ſit libera vt ſuꝑba ſit.
qꝛ ſepe ſuꝑbia excedit in verbis: ⁊ audiri appetit libertas
puritatis. Ne ſic ſit hūilis vt formidoloſa. qꝛ aliqn̄ timor
reſtringit aīm: et loq que recta ſūt nō p̄ſumit. Sed tn̄ in ip=
ſa timida cogitatione humilitatē eſſe ſe ſimulat. Ne ſic ſit
parca vt tenax ſit. qꝛ plerūqꝫ tenacia parſimonia appetit
eſtimari. vt iuſte ac neceſſarie videaṫ tenere: qcqd egēti ꝓ
ximo miſicordiṫ nō vult īpēdere. Ne ſic ſit miſericors vt
effuſa ſit. qꝛ nōnunqꝫ effuſio eſſe miam putat. Aliud enī eſt
pietatis ſtudio neceſſaria ꝓximis dare: atqꝫ aliud ea que
poſſidenṫ ſine mercedis intētiōe diſpergere. Quicquid ḡ

agiṫ: in radice intētiōis pēſandū eſt q̄ merito apđ iudiciū
creatoris habeaṫ. Unū ⁊ idē creator dicit. Si oculꝰ tuꝰ ſim Mat.vj.
plex fuerit: totū corpus tuū lucidū erit. Oculū videlicꝫ in
tētionē: corpꝰ ꝟo actionē noīans. Qꝛ ſi nr̄a intētio apud
deum ſimplex fuerit: in eiꝰ iudicio nr̄a actio tenebroſa nō
erit. Igiṫ qꝛ ſcti viri ſolerter inuigilāt: vt ſe vndiqꝫ aſpici=
ant ⁊ vbiqꝫ cuſtodiāt. Ne aut mala ꝓpter ea ipſa appetāt:
aut hec eadē ſub ſpecie bonoꝝ agāt. ſcꝫ de ſe eis vitia ꝟtu=
tes eſſe mētianṫ. totū corpꝰ plenū in circuitu oculis habēt.
qꝛ oīs eoꝝ̄ actio ꝓuidētia ſollicitudinis ⁊ repleṫ: ⁊ circū=
daṫ. Hinc eſt ꝙ paulꝰ apl's dū cuidā penitēti de ꝑpetrato
facinore corīthios ꝓſpiceret voluiſſe miſereri: ait. Si cui ij.Cor.ij.
aliqd donaſtis et ego. Nā et ego qđ donaui ꝓpter vos in
ꝑſona xp̄i vt nō circūueniamur a ſathana. Nō enī ignora=
mus cogitationes eiꝰ. Si enī parcēdū erat: cur ſe humili=
tati tante voluntati diſcipuloꝝ̄ magiſter egregius ſociat.
vt neqꝫ ipſe a diſcipulis / neqꝫ ab eo diſcipuli in compaſſio
nis cauſa diuiſi videreṫ. niſi quia ſollicito ꝓuidētie ocu=
lo attendit / qđ plerūqꝫ duꝫ alter donat: alter iraſcitur? Et
quale eſt iam miſericordie ſacrificiū quod cum diſcordia
ꝓximi offerṫ. Unū recte ait. Ut nō circūueniamur a ſatha=
na. Nō enī ignoramꝰ cogitatiōes eiꝰ. Qꝛ videlicet inde ī
alteriꝰ corde rixe malū ſolet īmittere: vn̄ alteꝝ ꝯſpicit pie=
tatis negociū feciſſe. Imꝑfectuꝫ enī bonū eſt qđ ſic agiṫ.
vt (ne qd ei ex alio latere male ſurrepat) nō attēdatur: niſi
forte h̄ qđ ſine cuiuſpiā ſcādalo fieri nō pōt / culpa ſit non
feciſſe. Hoc ꝟo iō dicimꝰ: vt votū nr̄e dilectiōis faciamꝰ.
qꝛ in nr̄o bono oꝑe aliqn̄ cauēdū eſt ſcandalū ꝓximi: aliqn̄
vero ꝓ nihilo ꝯtēnēdū. Qđ in ipo nr̄o auctore didicimꝰ.
qui dū tributū petro inqſito petereṫ: priꝰ paradigma ꝓpo
ſuit: ꝑ qđ ſe nihil debere rn̄dit: dicēs. Reges terre a q̄bus Mat.xvij
accipiūt tributū vel cēſum. a filijs ſuis an ab alienis? Cui
cum dicereṫ ab alienis: ilico rn̄dit. Ergo liberi ſunt filij?
Sꝫ poſtqꝫ liberū ſe eē mōſtrauit: ne fortaſſe ſcādalū cuiqꝫ
faceret: ſubdidit. Ut aūt nō ſcādalizemꝰ eos: vade ad ma=
re ⁊ mitte hamū: ⁊ eū piſcē qui priꝰ aſcēderit tolle. ⁊ apto
ore eiꝰ īuenies ſtaterē: illū ſumēs da eis ꝓ me ⁊ te. Qui rur

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſum cũ diceret. q꜡ oē qđ in os intrat nō coinq̄nat hoīeꝫ. tūc
accedētes diſcipuli dixerunt ei. Scis q꜡ phariſei audito
Mat. xv. ꝟbo ſcādalizati ſūt. At ille r̄ndēs ait. Omis plātatio quā nō
plātauit pater meꝰ celeſtis: eradicabiꝛ. Sinite illos. ceci
ſunt ⁊ duces cecoꝝ. Ecce magiſtra veritas: ne in quorūdā
cordibꝰ ſcādalū gignereꝛ: qđ nō debuit tributū dedit. Et
rurſum. q꜡ gn̄ari ſcādalū in quorūdā cordibꝰ cōtra ꝟitatē
vidit i ſuo eos ſcādalo remanere ꝑmiſit. Ex qua re nobis
cōſiderādū eſt. q꜡ inq̄ꝫtū ſine pctō poſſumꝰ: vitare ꝓximo
rū ſcādalū debemꝰ. Si aūt de veritate ſcādalū ſumiꝛ: vti-
lius ꝑmittiꝛ naſci ſcandalū q̄ꝫ veritas relinquaꝛ. Corꝑa er-
go aīaliū plena ſunt oculis: cū ſe hincinde caute circūſpi-
ciūt. Sꝫ ſciēdū nobis eſt: q꜡ ſepe dū alios reprobos intēdi
mus: fit vt alia negligamꝰ. Et vbi negligimꝰ: ibi ꝓculdu
bio oculū nō habemꝰ. Nā phariſeꝰ ille q̄ aſcēderat i tēplū
Lu. xviij. orare (teſtāte euāgelio) q̄d dixit agnouimꝰ. Ait enī. Deꝰ
gratias ago tibi. Recte ḡ gratias deo agebat: a quo acce-
perat bona q̄ fecerat. Qui etiā ſubiūgit. Q꜡ nō ſum ſicut ce
teri hoīm. raptores. iniuſti. adulteri velut etiā hic publica
nus. ieiunio bis in ſabbato. decias do oīm q̄ poſſideo. Ec
ce ad exhibēdā abſtinētiā. ad impēdēdā miām. ad referē-
das deo grās oculū phariſeus habuerat: ſꝫ ad hūilitatis
☞ cuſtodiā oculū nō hēbat. Et q̄d ꝓdeſt qđ ꝯ hoſtiū inſidiaſ
pene tota ciuitas caute cuſtodiꝛ: ſi vnū foramē aptū relin
quiꝛ vñ ab hoſtibꝰ intreꝛ? Quid ḡ ꝓdeſt cuſtodia q̄ pene
vbiq̄ circūponiꝛ: q̄n inimicis tota ciuitas ꝑ neglectū loci
vnius aperiꝛ? Phariſeus aūt q̄ ieiuniū exhibuit. decias
dedit. deo grās retulit: quaſi pene ꝑ circuitū in ſue ciuita-
tis cuſtodiā vigilauit. Sꝫ q꜡ vnū in ſe foramē ſupbie nō at
tēdit. ibi hoſtē ꝑtulit: vbi ꝑ negligētiā oculū clauſit. Q꜡ ḡ
ſctōꝝ mētes vndiq̄ ſe circūſpiciētes inuigilant: atq̄ in oī
ſuo ope pauoris ⁊ ſollicitudinis oculū circūducūt: ne aut
praua agāt. aut recta q̄ precepta ſunt nō agāt. aut bonis a-
ctibꝰ expletis in ſuis cogitatiōibꝰ intumeſcāt. ⁊ tāto gra-
uius offendāt quāto iuſti videnꝛ foris. ⁊ occultiꝰ peccant.
Recte diciꝛ. Totū corpus eoꝝ plenum oculis in circuitu.
Sciēdū quoq̄ q̄ in trāſlatiōe veteri nō habeꝛ totū corpus

eoꝝ in circuitu: ſꝫ dꝛ. dorſa eoꝝ plena oculis. Que videlicꝫ Textus.
ſnīa ab edificatiōis itellectu nō diſcrepat. Ea enī que ſūt
in facie: ſepe etiā pctōres hoīes cuſtodire ſolēt. Juſti aūt
viri q꜡ ſe ⁊ i eis cuſtodiunt q̄ in prōptu ⁊ in facie nō videnꝛ
in dorſis oculos hr̄e referunꝛ. Qui ḡ ⁊ ea q̄ in ocultis ſunt
diſcutiūt: atq̄ ab ipis ſe cuſtodiūt q̄ latēt: ꝓfecto oculos i
dorſis hn̄t. Qđ tn̄ intelligi ⁊ aliter pōt. q꜡ ea q̄ ſunt an̄ faciē
nr̄am videmꝰ. dorſa aūt nr̄a aliꝰ in nobis videt ⁊ nos vide
re nō poſſumꝰ. Q꜡ autē ſcti viri ſolerter ſe aſpiciūt in q̄bus
ab alijs iudicari pn̄t. ⁊ diſtricte ſe vidēt ſicut ſepe diſtricte
ab alijs videnꝛ. q̄ in ſenec ea q̄ latere poterunt ignorāt: lu-
mē in dorſum portāt. Seq̄tur. Cūq̄ ambularēt aīalia: am Textus.
bulabāt ꝑiter ⁊ rote iux̄ ea. Et cū eleuarenꝛ aīalia de terra B
eleuabanꝛ ſil̄r ⁊ rote. ābulāt aīalia: cū ſancti viri i ſcp̄tura ſa
cra intelligūt: queādmodū moraliter viuāt. Eleuanꝛ ꝟo a
terra aīalia: cū ſcti viri ſe in cōtēplatiōe ſuſpendunt. Et q꜡
vnuſquiſq̄ ſctōꝝ q̄ꝫto ipe i ſcriptura ſacra ꝓfecerit: tanto
hec eadē ſcp̄tura ſacra ꝓficit apud ipm. Recte dꝛ. Cū am
bularēt aīalia: ambulabāt ꝑiter ⁊ rote. ⁊ cū eleuarenꝛ aīa-
lia de terra: eleuabanꝛ ſil̄r ⁊ rote. q꜡ diuina eloquia cū legē
te creſcūt. nā tāto illa quiſq̄ altiꝰ intelligit: q̄ꝫto altiꝰ in eis
intēdit. Vñ nec eleuanꝛ rote ſi nō eleuanꝛ aīalia. q꜡ niſi le-
gētiū mētes ad alta ꝓfecerit. diuina dicta velut i imis nō
intellecta iacēt. Cū enī legēti cuilibet ſmo ſcripture ſacre
(ſi tepidus videꝛ ſenſus diuini eloquij) eiꝰ mētē nō exci-
tat: ⁊ in cogitatiōe ſua nullo itellectꝰ lumīe emicat: rota et
ocioſa ⁊ i terra eſt. q꜡ aīal nō eleuaꝛ a terra. At ꝟo ſi aīal am
bulet. i. bn̄ viuēdi ordinē querat. ⁊ ꝓgreſſum cordis iueni-
at/ queādmodū greſſum boni opis ponat: ambulāt ꝑiter ⁊
rote. q꜡ tāto i ſacro eloquio ꝓfectū inuenis: q̄ꝫtū apud illū
ipe ꝓfecerꝭ. Si enī pēnatū aīal ſeſe i ꝯtēplatiōe tēderet ro
te ꝓtinꝰ a terra ſubleuarētur. q꜡ terrena nō eē intelligis q̄
priꝰ in ſacro eloquio iux̄ terrenum morē dicta credidiſti.
Fitq̄ vt ſcp̄ture ſacre ꝟba eē celeſtia ſētias: ſi accēſus ꝑ cō
tēplationis grāꝫ temetipm ad celeſtia ſuſpēdas. Et mira
atq̄ ineffabilis ſacri eloquij ꝟtus agnoſciꝛ: cū ſupno amo
re legētꝭ animꝰ penetraꝛ. q꜡ ḡ aīal ad alta ſe ſubleuat: rota

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Textus. volat. Seqtur. Quocūqȝ ibat spūs: illuc eūte spū ⁊ rote pa
riter leuabant sequētes eū. Quo eni spūs legētis tēdit: il
luc ⁊ diuina eloq̄a leuant. q: si in eis altū qd vidēdo ⁊ sen
tiēdo q̄sierī: hec eadē sacra eloquia tecū crescūt. tecū in al
tiorib⁹ ascēdūt. Bene aūt de eisdē rotis dr: sequētes eum.
Legētī eni spūs si qd i eis scire morale aut hystoricū q̄rit:
sensus hūc moralis hystorie seqtur. Si qd typicū: mox fi
gurata locutio agnoscit. Si qd ɔtēplatiuū: statim rote q̄si
pēnas accipiūt ⁊ in aere suspendunt. q: in v̄bis sacri elo
quij intelligētia celestī aperit. Quocūqȝ ḡ ibat spūs: illuc
eūte spū ⁊ rote pariter leuabant sequētes eū. Rote eni spi
ritū sequūtur: q: v̄ba sacri eloquij (vt sepe iā dictū est) iux
sensum legētiū p̄ itellectū crescūt. In vna eni eadēqȝ scp̄tu
re snīa: ali⁹ sola hystoria pascit. ali⁹ typica. ali⁹ v̄o intelli
gētiā p̄ typū ɔtēplatiuā querit. Et fit plerūqȝ vt (sicut di
ctū est) i vna eadēqȝ snīa: cūcta simul tria valeāt inueniri.
Exo.iij. Moyses eni cū de ardēti rubo vocat⁹ fuisset: accessit pro
pius vt videret visum. ⁊ ecce rubus ardebat ⁊ nō ɔsumeba
tur. Magnū est h̄ miraculū. Si solā in eo hystoriā reqras:
est vñ legētī nutriat anim⁹. vt videas qd in ligno ignis ar
Deutro. deat: ⁊ nō ɔsumat. At v̄o si typicā intelligētiā queras: qd
xxxiij. flāma: nisi legē de q̄ scriptū est. in dextera eius ignea lex?
Et quid rub⁹ ille: nisi iudaicū pp̄lm designauit pctoꝝ suo
rū spinis obsitū? Sed rubus ardēs ɔsumi nō potuit. q: iu
daicus pp̄ls ⁊ ignē quidē legis accepit: ⁊ tñ peccatoꝝ suo
rū spinas nō deseruit. nec ei⁹ vitia diuini sermonis flāma
ɔcremauit. Fortasse in hoc facto ali⁹ maiora p̄ typū ɔtē
plari desiderat. Hui⁹ q: sensus excrescit: eleuant pariter ⁊
rote. Inter hoīes enim pfect⁹ hō fact⁹ est vnic⁹ dei filius
qui sua pctā nō habuit: sed spinas nr̄e neqtie suscepit. atqȝ
vsqȝ ad passionē p̄ nobis humiliari dignat⁹ est: ⁊ in semet
ip̄o ignē tribulatiōis nr̄e suscipe. Sed arsit ⁊ non arsit. q:
ex hūanitate est mortuus ⁊ tamē immortalis ex diuini
tate p̄māsit. Suscepit a nobis vnde sacrificiū fieret p̄ no
bis: ⁊ tamen impassibilis atqȝ incōmutabilis p̄māsit in p̄
prijs: vt nos ɔmutaret a nr̄is. Alius fortasse hystorie mo
ralitatē: atqȝ p̄ allegoriā intelligētie ɔtēplationē reqrit.

Patet cūctis iuxta hystoriā hoc qd in lege scriptū est. vt
turtur que pro pctō offert: retorqueat caput eius ad pēnu Le.j.⁊.v.
las: ita vt collo inhereat ⁊ nō penit⁹ abrūpat. In qb⁹ ver
bis dubius legentibus sensus hystoricus nō est. Sȝ si hec
intelligere moraliter requiras: agitur rota dum ad mora
lem intelligentiā ducit sacri verbi snīa. Nos eni ipsi in oi
potētis dei sacrificiū esse turt debem⁹: ita vt caput nr̄m re
torqueat ad pēnulas. i. anim⁹ ad virtutes. Nō eni imerito
per caput mentē itelligim⁹. q: sicut caput corpus: ita mēs
actiones regit. sȝ caput ad pēnulas retorq̄ri pcipit. vt ea q̄
dicis facias: ⁊ os ad opa ɔiūgas. Nec ita caput absciden
dū est: vt a corpore diuidat. sed ex parte decisum corpi suo
iubet inherere. Q: videlicet mens nr̄a a carnali delectatio
ne incidēda est: sȝ a carnis cura necessaria icidenda nō est.
Hic eni scriptū est. Carnis curā ne feceritis in desiderijs. Ro.xiij.
Que ḡ in desiderijs fieri ꝓhibet: pculdubio i necessitate
ɔcedit. Caput ḡ turturis ex p̄te abscisum ē: ⁊ ex p̄te inhe
ret. vt sicut dictū est ⁊ a voluptate carnis mēs nr̄a icisa sit:
et tñ a necessitate nō sit abscisa. Qd si h̄ sacrificij genus sub
typica redēptoris nr̄i itelligentia ali⁹ ad ɔtēplationē req
rat. Ascēdat ḡ ad fortiora anim⁹. eleuent aīalia: vt eleuent
p̄iter ⁊ rote. Quis eni caput nr̄m est: nisi redēptor gn̄is hu
mani? De q̄ scriptū est. Ipsuȝ dedit caput supra oēm eccle Ephe.j.
siā: q̄ est corp⁹ ipsi⁹. Quē cū iudei ɔsequerent: nomē eius
delere de terra conati sunt. Cūqȝ eū crucifixū ⁊ sepultū vi
derūt: hūc se ab amore oīm diuisisse crediderūt. Sȝ caput
turturis ⁊ incisū est: ⁊ tñ a suo corpe diuisum nō est. q: ex eo
q̄ p̄ nobis mortē ptulit: oēs nos sibi veri⁹ in ipsa sua mor
te ɔiūxit. Et per h̄ q̄ se nr̄is oculis visibiliter subtraxit: no
stris se mētib⁹ iuisibiliter radicauit. Caput ḡ turturis in
cisum inhesit corpi. q: p̄ nobis q̄dē redēptor nr̄ passus est:
sed a nobis sepatus per passionē nō est. Q: igit dicta sacri
eloquij cum legentiū spū excrescūt: recte nūc dr. Quocūqȝ Textus.
ibat spūs: illuc eūte spū ⁊ rote p̄iter leuabant sequētes eū.
Et subdit. Spūs eni vite erat in rotis. In rotis eniȝ spūs C
vite est. q: p̄ sacra eloq̄a dono spūs viuificamur: vt mortife
ra a nobis opa repellam⁹. Pōt eni intelligi q: spūs vadit

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cũ legentis aĩm diuerſis modis ⁊ ordinib⁹ tangit de⁹: qñ
hũc ꝑ verba ſacri oloquij mõ in zelo excitãs ad vltionẽ eri
git. mõ ad patientiã mitigat. mõ in ꝑ̃dicationẽ ĩſtruit. mõ
ad pnĩe lamẽta ꝯpũgit. Sʒ curram⁹ breuiter ꝑ hec eã verba
bã q̃ dixim⁹: ⁊ videam⁹ quõ ſequũtur rote ſpm̃ q̃ vite ſpũs
dicit: ⁊ rotis ĩeſſe ꝑhibet. Certe ſi legẽtis aĩm ſpũs vite in
Exodi. zeli feruore tetigerit: ꝓtin⁹ in ſacris eloquijs videt ꝙ moy
xxxij. ſes ad caſtra rediẽs. et ppl̓m ꝑ idola peccaſſe cognoſcens:
Nũe. xxv. hũc ꝑ feruorez ſpũs gladijs ſtrauit. ꝙ finees ꝑſequẽdo lu=
Act. v. xuriã irã dñi gladio placauit. ꝙ petrus ſibimet mentiẽtes
j. Cor. iiij. verbo ꝑtulit ⁊ occidit. ꝙ paulus negligẽtib⁹ diſcipulis vir
ga minat. Si vite ſpũs legẽtis animũ ad ſeruãdã patien=
Nũe. xx. tiã tangit: ſtatĩ ſequũtur ⁊ rote. qꝛ in ſacris eloquijs ĩuenit
ꝙ moyſes ⁊ aarõ cũ loquẽtes recta ꝑſecutionem ppl̓i paſſi
ſunt. ad tabernaculũ cucurrerũt. ꝓ ipſo ppl̓o exorãtes quẽ
fugiebãt. Sctã aũt eoꝝ mens ⁊ timorẽ ſupbientiũ ꝑtulit: ⁊
tñ cõtra eos ad odiũ nõ erupit. Patientia eni vera eſt q̃ et
j. Re. viij. ipm amat quẽ portat. Nã tolerare ſʒ odiſſe nõ eſt virt⁹ mã
ſuetudinis: ſʒ velamentũ furoris. In eiſdẽ q̃ꝗ eloquijs in
uenit ꝙ ſamuel de ꝑ̃ncipat⁹ culminis deiect⁹: oraſſe ſe etiã
ꝓ deijcientib⁹ ꝯfitet. ꝙ nemo ſanctoꝝ ad celeſtem gl̓iam:
niſi patientiã ꝑ̃uãdo ꝑuenit ꝙ ipe auctor ⁊ redẽptor gñis
humani ſputa. colaphos. ſpineã coronã. crucẽ. lãceã ꝑtulit
et tñ ꝓ ꝑſecutorib⁹ orauit. Si vite ſpũs legentis animũ ad
ſtudiũ ꝑ̃dicatiõis excitat: ſtatĩ ſequunt ⁊ rote. qꝛ in ſacris
Exo. xv. eloquijs ĩuenit. moyſes iubẽte dño ꝯ egypti regẽ in quãtũ
ſe ꝑ̃dicationib⁹ libere v̾bis erexit. ꝙ ſtephan⁹ iudeis ꝑfi=
Act. vij. dis diceret: vos ſemꝑ ſpiritui ſctõ reſtitiſtis. nec ĩter lapi=
des timuit. ꝙ petrus fuſtib⁹ ceſus ne in noie ieſu loq̃ret: cũ
Act. v. magna libertate reſpondit. obedire oportet deo magis q̃ꝫ
Phili. j. hoibus. ꝙ paulus cathenaꝝ vinculis ſtringit: ſed tñ v̾buz
dei nõ eſt alligatũ. Si vite ſpũs ad pnĩe lamẽta ꝯpũgit: ſe
ij. Re. xij. quunt ꝓtin⁹ rote. cũ ſcripture ſacre v̾ba dauid pniam pro=
ferũt. ꝙ rex repħenſus a ꝓpheta qꝛ ſubiect⁹ celeſti regi nõ
Lu. xviij. fuit ſubiecto ĩcrepãti nõ erubuit cõfiteri qđ fecit. ꝙ publi=
can⁹ q̃ reatũ ſue neq̃tie cognouit. ⁊ ſi ĩiuſt⁹ ad tẽplũ venit:
Mat. xxvj iuſtificat⁹ a tẽplo redijt. ꝙ petrus negationis maculas la=

chrimis lauit. ꝙ latro q̃ in cruce cognouit culpã: in ipſa iã Lu. xxiij.
morte ĩuenit veniã. De q̃b⁹ adhuc rotĩ eadẽ ꝓpheta repli
cat atq̃ꝫ ſubiũgit. Cũ eũtib⁹ ibãt ⁊ cũ ſtantib⁹ ſtabant: ⁊ cũ Textus.
eleuatis a terra pariter eleuabant: et rote ſequentes ea. qꝛ
ſpũs vite erat in totis. Hec ſicut noſtis fratres chariſſimi
ex maxia ꝑte iam dicta ſũt: ſʒ iterata deſcriptiõe narrant.
Nec nos itaq̃ꝫ pigeat eadez breuiter exponẽdo repetere q̃
ſpũs per ꝓphetã dignat⁹ eſt replicando narrare. Hoc eni
ſolũ in his v̾bis nouũ dicit qđ dictũ eſt: cũ ſtantib⁹ ſtabãt.
Sunt aũt q̃dam q̃ vſq̃ꝫ ad h̾ ꝓficiũt: vt terrena q̃ accipiũt
bñ diſpẽſare nouerĩt: miſericordie opibus intẽdant. opꝑ̃ſ=
ſis ſubueniãt. hi videlicet vadũt in eo ꝙ ſe ad ꝓximi vtili=
tatẽ tendũt. Cũ his ĝ rote gradiunt. qꝛ ſacra eloq̃a dictoꝝ
ſuorũ paſſus in eius itinere diſponũt. Et ſunt alij q̃ in fide
quã acceperũt ita ad tenendũ fortes ſũt: vt aduerſis q̃buſ=
q̃ꝫ reſiſtere valeãt. ⁊ nõ ſolũ mĩime ad ꝑuerſitatẽ trahunt ꝑ=
fidie: ſed etiã peruerſa loquẽtes ĩpugnent: eoſq̃ꝫ ad rectitu
dinẽ ꝑtrahant. Cũ iſtis ſtantib⁹ ſtant etiã rote. qꝛ in eis re=
ctitudinẽ ſuã ſacri eloq̃i v̾ba ꝯfirmant: cũ in eis audiũt. ſta ij. Theſ. ij
te et tenete traditiões q̃s didiciſtis. Et rurſũ. Aduerſari⁹ ij. Pe. v.
veſter dyabolus tanq̃ꝫ leo rugiens circuit q̃rens quẽ deuo
ret: cui reſiſtite fortes ĩ fide. Et ſũt alij q̃ oĩa terrena deſpi=
ciũt: nulla q̃ ꝑ̄tereũt poſſidere dignant: ⁊ in dei ſe (vt pre
dictũ eſt) ꝯtemplatiõe ſuſpendũt. Cũ his ĝ eleuatis ⁊ rote
pariter leuant. qꝛ inq̃ꝫtũ quiſq̃ꝫ ad alta ꝓfecerit: intm̃ ei ⁊
ſacra eloq̃a de altiorib⁹ loquũtur. Vadũt ĝ aĩalia ad vtili
tatẽ ꝓximi. ſtant ad cuſtodiã ſui. eleuant ad ꝯtemplationẽ
dei. Sʒ ⁊ rote pariter vadũt. ſtant. ⁊ eleuant. qꝛ q̃ſita ſancta
lectio talis inuenit: q̃lis ⁊ fit ipſe a q̃ q̃rit. Ad actiuã eni vi=
tam ꝓfeciſti: ambulat tecũ. Ad ĩmobilitatẽ atq̃ꝫ ꝯſtantiaz
ſpũs ꝓfeciſti: ſtat tecũ. Ad ꝯtemplatiuã vitam ꝑ dei grãm
ꝑueniſti: volat tecũ. Et rurſuz ſubdit. Qꝛ ſpũs vite erat in Textus.
rotis. Qđ idcirco ſcđo dr̄ vite ſpũs in rotis eſſe. qꝛ ſcriptu=
re ſacre duo ſũt teſtamenta. q̃ vtraq̃ꝫ dei ſpũs ſcribi voluit:
vt nos a morte aĩe liberaret. Vel certe qꝛ duo ſunt ꝑ̃cepta
charitatis. dilectio videlicet dei: et dilectio ꝓximi. ꝑ que
vtraq̃ꝫ nos ſacre ſcripture dicta viuificant. Scđo ĝ dr̄ qđ

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſpũs vite erat in rotis qꝛ dilectionẽ dei ⁊ ꝓximi capimꝰ in
eloquijs diuis. Per ꝑcepta enĩ ſcripture ſacre reuiuiſci
mus: q̄ mortui ĩ culpa iacebamꝰ. Vñ oĩpotẽti dño ꝑ pſal-
pſ̃.cxviij. miſtã dr̃. In eternũ nõ obliuiſcar iuſtificatiões tuas: qꝛ in
ipſis viuificaſti me. Juſtificatiões enĩ ꝑcepta dñi dicunt
in quibꝰ nõ corrigẽdo iuſtificat. De q̄bꝰ pſalmiſta aptius
dicit. Jn tuis iuſtificationibus meditabor: nõ obliuiſcar
ſermones tuos. Jn eis itaqꝫ nos viuificat: qꝛ ꝑ hec nobis
ſpiritalẽ vitam demõſtrat eãqꝫ ꝑ afflatũ ſpũs nr̃is mẽtibꝰ
infundit. Qd̄ qꝛ quotidie ꝑ donũ gratie in electorũ menti-
bus agit: ſpũs vite erat in rotis. Hec nobis ſcriptura in te
nebris vite ꝑ̄ſentis: facta eſt lumẽ itineris. Hinc etenĩ pe-
j. Pe. ij. trus ait. Cui bñ facitis ĩtendentes quaſi lucerne lucenti in
pſ̃. cxviij. caliginoſo loco. Hĩc pſalmiſta dicit. Lucerna pedibꝰ me-
is verbũ tuũ dñe: ⁊ lumen ſemitis meis. Scimus tñ quia
et ipa nobis nr̃a lucerna obſcura eſt: niſi hanc nr̃is mẽtibꝰ
pſ̃.xvij. veritas illuſtret. Vñ iterũ pſalmiſta ait. Qm̃ tu illuminas
lucernã meã dñe: deꝰ meus illumiã tenebras meas. Quid
enĩ lucerna ardens: niſi lumẽ eſt? Sꝫ lumen creatũ nobis
nõ lucet: niſi illumĩet a lumĩe nõ creato. Qꝛ ergo oĩpotens
deus ad ſalutẽ nr̃am ſanctoꝝ teſtamentoꝝ dicta ⁊ ipſe cre-
Textus. auit. ⁊ ipſe aꝑuit: ſpũs vite erat in rotis. Sequit. Et ſilr̃itu
do ſuper capita aĩaliũ firmamẽti q̄ſi aſpectꝰ criſtalli horri
D bilis extẽti ſuꝑ capita eoꝝ deſuper. Hec largiẽte dño duo
bus modis exponimꝰ: vt lectoris iudicio qd̄ eligendũ cẽ-
ſeat relinquamꝰ. Põt enĩ firmamẽti noĩe celeſtes ꝑtãtes
ĩtelligi. Qd̄ firmamẽtũ recte q̄ſi aſpectꝰ criſtalli dr̃. qꝛ vide
licet criſtallũ forte q̄dẽ nimis ẽ: ſꝫ ex aq̄ ſolidat. Et natura
angelica qñ creata ẽ: liberũ arbitriũ accepit. vtrũ vellet in
hũilitate ꝑſiſtere: et in oĩpotẽtis dei ↄſpectu ꝑmanere. an
ad ſuꝑbiã laberet ⁊ a beatitudĩe caderet: per ſilr̃itudinẽ aq̄
fuit. Sed qꝛ cadẽtibus alijs ſcti angeli in ſua beatitudine
perſtiterũt. atqꝫ h̄ acceperunt in munere vt iã cadere oĩno
nõ poſſent. ĩ eis natura ſua qꝛ iã deijci mutabiliter nõ põt:
quaſi in magnitudine criſtalli durata ẽ. Qd̄ criſtallũ hor-
ribile ⁊ extẽſum ſuꝑ capita aĩaliũ dr̃. qꝛ ille poteſtates an-
gelice q̄ oĩpotẽtis dei ↄſpectu aſſiſtũt: nobis adhuc in hac

corruptiõe poſitis: terribiles atqꝫ pauẽde ſunt. Quaꝝ nũc
gaudia qꝛ ſenſum nr̃arũ mẽtiũ excedũt: ſuꝑ capita aĩaliũ
eſſe memorant. Quis enĩ in carne corruptibili poſitꝰ com
prehẽdere valeat q̄ ſit illa angeloꝝ ĩeffabilis ⁊ ſine fine le-
ticia? Que btĩtudo ſine defectu vultũ videre creatoris: at
qꝫ in eiꝰ delectatiõe ſine ĩmutatiõe ꝑſiſtere? Põt autẽ fir-
mamẽti noĩe ipſe ꝑ figurã nr̃ redẽptor intelligi verus deꝰ
ſuꝑ oĩa: ⁊ factꝰ inter oĩa hõ perfectꝰ. in q̊ nr̃a natura apud
patrẽ cõfirmata eſt. De q̄ etiã per pſalmiſtã ꝓphetãdo dr̃.
Fiat manus tua ſuꝑ viꝝ dextere tue: ⁊ ſuper filiũ hoĩs quẽ Pſ̃.lxxix
cõfirmaſti tibi. Hũana etenĩ natura ꝑ̇uſqꝫ a creatore oĩm
ſuſciperet: terra erat. Nã firmamentũ nõ erat. Peccatori
q̄ppe homini dictũ eſt. Terra es: ⁊ in terrã ibis. Et poſtq̄ Geñ.iij.
aſſumpta ẽ ab auctore oĩm: atqꝫ in celis ſubleuata ⁊ ſuꝑ an
gelos ducta: firmamẽtũ facta ẽ q̄ terra fuit. Sꝫ firmamẽtũ
qd̄ aſpicit cuiꝰ habeat ſilr̃itudinẽ ſubinfert cũ dicit. Quaſi Textus.
aſpectꝰ criſtalli horribilis. Criſtallũ ſicut dictũ eſt ex aq̄
cõgelaſcit ⁊ robuſtũ fit. Scimꝰ ꝟo quãta ſit aq̄ mobilitas.
Corpus aũt redẽptoris nr̃i qꝛ vſqꝫ ad mortẽ paſſiõibꝰ ſub-
iacuit: aque ſilr̃e iuxta aliq̄d fuit. Qꝛ naſcẽdo. creſcẽdo. la-
ceſcẽdo. eſuriẽdo. moriẽdo: vſqꝫ ad paſſionẽ ſuã ꝑ momen-
ta tẽpoꝝ mobiliter decurrit. Cuiꝰ curſũ ꝓpheta ĩtuẽs: ait.
Exultauit vt gigas ad currẽdã viã. Sed qꝛ ꝑ reſurrectio- Pſ̃.xviij.
nis ſue gl̃iã ex ipa ſua corruptiõe in icorruptiõis virtute
cõualuit: q̄ſi criſtalli more ex aq̄ duruit. vt ĩ illo ⁊ hec eadẽ
natura eſſet: ⁊ ipſa q̄ iã fuerat corruptiõis mutabilitas nõ
eſſet. Aqua ḡ in criſtallũ verſa eſt: qñ corruptionis eiꝰ ĩfir-
mitas ꝑ reſurrectionẽ ſuã ad ĩcorruptiõis ẽ firmitatẽ mu-
tata. Sꝫ notãdũ ꝙ hoc criſtallũ horribile .i. pauendũ dr̃.
Quis aũt neſciat cuiꝰ pulchritudinis ſit criſtallũ? Et mi-
rũ quõ in h̄ criſtallo ↄueniat pulchritudo cũ pauore? Sed
oĩbus vera ſciẽtibꝰ cõſtat qꝛ redẽptor humani gn̄is cũ iu-
dex apparuerit: ⁊ ſpecioſus iuſtis: ⁊ terribilis erit ĩiuſtis.
Quẽ enĩ mãſuetũ aſpiciũt electi: hũc eũdem pauẽdũ atqꝫ
terribilẽ ↄſpiciũt reprobi. Sꝫ hũc iõ tũc electi terribilem
nõ videbũt. qꝛ mõ terrorẽ illiꝰ cõſiderare nõ ceſſant. Stu-
dioſe enĩ cõſiderãt q̄ terribilis ad iudiciũ veniat. culpas

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ante actas deflēt. iminētes declināt. Pauorē illiꝰ q̄tidie
ante oculos mētis ponūt. ⁊ qñ tremēdꝰ appareat ſine ceſſa
tione ſuſpecti ſūt. atq̄ q̄tidie timēdo agūt: ne qñ venerit ꝑ=
timeſcāt. Siſ̄itudo ḡ ſup capita aīaliū firmamēti: q̄ſi aſpe
ctꝰ criſtalli horribilis. Et q̄ ipe pauor eiꝰ quē ī ſuis cogi=
tationibꝰ tenēt eorū mētes ꝓtegit: recte ſubiūgit̄. Extēti
ſup capita eoꝝ deſup. Firmamētū ħ qđ ī ſiſ̄itudine criſtal=
li ſup capita eoꝝ aīaliū apparet: ⁊ horribile et extentū eſt.
q̄ bonoꝝ mentes vñ terret: ide ꝓtegit. Si eni pauendꝰ in
eoꝝ cordibus nō eſſet ꝓtector: ⁊ mō a pctis ⁊ poſt a ſuppli=
tijs nō fuiſſet. Q̄ aūt ſemꝑ ꝯſiderāt q̄s pauor ex iudicio ī=
mineat: virtutū pēnas in rectitudinē ꝯſeruāt. Vñ ⁊ apte
mox ſubdit̄. Sub firmamēto aūt pēne eoꝝ recte alteriꝰ ad
alteꝝ. Tūc pēne virtutū ſub firmamento recte ſunt: qñ bo=
nū qđ alter habet ħ alteri ipendit. vt q̄ terrenā ſubſtātiā ac
cipit: īdigentis ꝓximi inopiā ſubleuet. Qui doctrine gr̄a
plenꝰ eſt: ignorātis ꝓximi tenebras v̄bo ſue p̄dicatiōis il
luſtret. Qui tp̄ali ptāte ſubnixus eſt: opp̄ſſos a violētijs re
leuet. Qui ꝓphetie ſpū plenꝰ eſt: a vita ꝓximi mala iminē
tia bona ſuadēdo declinet. Qui gr̄a curatiōis accipit: in=
ceſſiōe ſua ſaluti īfirmantiū pie et hūiliter īpendat. Qui a
terrenis actibꝰ liber ſoli deo vacari meruit: ꝓ delinquēti=
bus ꝓximis exoret. Fit aūt ſepe vt q̄ ī terrena ſubſtātia ni=
mis occupat̄: orōni nō q̄tuꝫ dꝫ inuigilet. Et fit plerūq̄ vt
is q̄ ad exorādū dn̄m cūctis mūdi oneribꝰ exutꝰ vacat: ſu=
ſtētationē viuēdi nō habeat. Sꝫ dū diues porrigit alimē
tū atq̄ veſtimentū paupi / ⁊ dū paup orōnē ſuā aīe diuitis
impēdit: pēne aīaliū recte alteriꝰ ad alteꝝ tēdunt̄. Nā dū
ille mihi v̄bū p̄dicatiōis exhibet. ⁊ lumine v̄itatꝭ ex corde
meo ignorātie tenebras expellit. dūq̄ illi ego q̄ fortaſſe a
mūdi huiꝰ potēte opp̄mit̄ ſolatiū mee defenſiōis impertior
atq̄ hūc de violentis manibꝰ euello: viciſſim nobis pēnas
nr̄as tēdimꝰ. vt nos affectu ⁊ ope vicaria: ex bono qđ acce
pimꝰ tāgamꝰ. Vñ bñ p̄mꝰ paſtor admonet dicēs. Oim fi=
j. Pe. iiij. nis appropinq̄bit. Eſtote itaq̄ prudētes ⁊ vigilate ī orō=
nibus. Añ oia mutuā ī vobiſmetipis charitatē ꝯtinuā hñ=
tes. q̄ charitas op̄it multitudinē pctōꝝ. Hoſpitales iuicē

ſine murmuratiōibꝰ. Vnuſq̄ſq̄ ſicut accepit gr̄aꝫ: in alter
utrū illā admiſtrātes. Qđ ḡ apud ezechielē pēna: ħ apud
petrū apl̄m accepta gr̄a dr̄. Et qđ ille ait. Recte pēne alte=
rius ad alterū: ħ eccl̄ie paſtor dicit vnuſq̄ſq̄ ſicut accepit
gr̄am in alterutrū illā admiſtrātes. Pēne eni nr̄e recte iā
nō ſūt: ſi ad vtilitatē nr̄aꝫ ſolūmō reflectūt̄. Sꝫ tūc recte fi=
unt cū ī vtilitate ꝓximi dirigimꝰ qđ habemꝰ. Q̄ eni bōa
nr̄a nō a nobis ſūt: ſꝫ ab eo accepimꝰ a q̄ fctm̄ ē vt eſſemꝰ. tā
to ea nob̄ nō debemꝰ retinere p̄uata: q̄to ea nob̄ ꝯſpicimꝰ
ab auctore nr̄o ad cōem vtilitatem data. Vñ recte petrus
apl̄s ī exhortatiōe huiꝰ rei ſubdit dicēs. Sic boni diſpēſa
tores multiformis gr̄e dei. Atq̄ adhuc adijcit. Si q̄s loq̄= j. Pe. iiij.
tur q̄ſi ſmones dei. ſi q̄s miſtrat: tāq̄ ex v̄tute quā admini
ſtrat deꝰ. Ac ſi apte dicat. Hūiliter ipēdite bonū ꝓximis.
q̄ ſcitis vobis nō a vobis eē qđ habetis. Quelibet eni pē=
na virtutis cū ad ꝓximuꝫ impēdo tendit̄: recta nō erit ſi
humilitate caruerit. Sequit̄. Vnūq̄dq̄ duabus alis vela= Textus.
bat corpꝰ ſuū: ⁊ alteꝝ ſiſ̄iter velabat̄. Q̄ ꝑ corpus actio: ꝑ E
alas v̄o virtutes ſignent̄ / ſupra iā diximꝰ. Et cū dicat. ſub
firmamēto aūt pēne eorū recte alteriꝰ ad alteꝝ: querendū
eſt q̄liter ſubdit̄ / vnūq̄dq̄ duabꝰ alis velabat corpus ſuū?
Qua in re ħ patēter īdicat̄. q̄ ⁊ pēnas alias ad alteꝝ tēde=
bāt: ⁊ tñ duabꝰ alis corpus ꝓpriū velabāt. Quid eſt ħ niſi
q̄ ſic debemꝰ virtutes q̄s accepimꝰ alijs ipendere: vt ⁊ ea
in q̄bꝰ peccauimꝰ nō deſinamꝰ caute cogitare: ⁊ reatū no=
ſtrū q̄tidie ꝑ timorē ⁊ pniam plāgere. Duas eni alas ſupiꝰ
quibꝰ corpꝰ velat̄: timorē ⁊ pniaꝫ diximꝰ. Sic ḡ ī charita
te creſcamꝰ: vt pēnas tēdamꝰ in ꝓximos: et nunq̄ deſina=
mus cogitare ⁊ plāgere noſmetipſos. Pēne tēdant̄ iuxta:
pēne cooperiāt corpa. vt ⁊ de bonis actibꝰ p̄beamꝰ exēpla:
et mala q̄ egimꝰ abſcōdāt a iudicio timor et pnia. In trāſ=
latione aūt veteri de his alis dr̄. Singulis due ꝯiuncte et Textus.
tegētes corpa eorū. In q̄bꝰ verbis intelligit̄. q̄ ⁊ ipſe erāt
pēne que iūgebant̄ alteriꝰ ad alteꝝ: ⁊ ipſe q̄ eorū corpa co=
operiebāt. Qđ per figurā bñ accipitur. q̄ ille nos virtutes
apud oipotentē deū ꝓtegūt: q̄s ex charitate ꝓximis ipar
timur atq̄ ꝯiūgimꝰ. Cū q̄bꝰ dum ꝯcorditer viuimꝰ: mala

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

q̄ fecimꝰ velamꝰ. Pñt ꝙ etiã ꝑ has alas duo ꝓcepta chari=
tatis ĩtelligi: amor ſcȝ dei ⁊ ꝓximi. Amãdo enĩ deũ nr̄a in
nobis mala ꝑſeq̄mur: id ē corpꝰ velamꝰ. Diligẽdo aũt ꝓxi
mũ / ⁊ ei ĩ q̄ ꝓdeſſe poſſumꝰ feſtinamꝰ: id ē alas ad alteꝝ tẽ
dimꝰ. Hoc aũt qδ ſubdit᷑. ⁊ alteꝝ ſil'r velabat᷑: in trãſla=
tione veteri nõ h̄r. Et q̄ri põt cur poſtq̄ȝ dictuȝ ē / vnũq̄δq̄ȝ
duabꝰ alis velabat corpus ſuũ ſubiũgit᷑. et alteꝝ ſil'r ve=
labat᷑: Trãſlationẽ aũt ſeptuaginta ĩterꝓtuȝ aq̄le theodo
ſionis et ſymmachi ſollicite ꝑſcrutãtes: nihil ex his v̄bis
inuenimus. ſed beati hieronimi ſcripturã legentes: agno=
uimus. quia hanc ſententiã in hebrea veritate ita poſituȝ
non quidẽ iuxta verbũ: ſed iuxta ſenſum inuenerit. Queri
etenĩ põt cur poſtq̄ȝ dictũ eſt / vnũquodq̄ȝ velabat corpus
ſuũ: ſtatim ſubdit᷑. Et alterũ ſil'r velabat᷑. Si enĩ diceret
vnũ ⁊ alterũ: loquẽdi ratio ſtaret. Poſtq̄ȝ v̄o dictũ eſt vnũ
quodq̄ȝ: cur adijcit᷑ alterũ. cũ in vnoquoq̄ȝ oẽs ꝯphẽdunt᷑?
Sed ſi ⁊ ꝑfectoꝝ vitã ⁊ ꝓficiẽtiũ merita diſtinguimus: et
vnũquodq̄ȝ et alterũ nõ irrationabiliter poſitũ videmus.
Qui enĩ ⁊ ſua deflẽt / et v̄tutũ pẽnas ad ꝓximos in exẽplũ
tendũt: ꝓculdubio ꝑfecti ſunt. Sũt aũt pleriq̄ȝ paruuloꝝ:
qui eoꝝ lachrymas cõſpiciũt ⁊ imitant᷑. Et q̄ nudi in ſuis
prauitatibꝰ eſſe potuiſſent: ſctõs vigilãtoreſq̄ȝ viros cõſi
derãt. moxq̄ȝ ſuis prauitatibꝰ irati accẽdunt᷑ vt plãgãt: et
inflãmant᷑ ad pn̄iam. Atq̄ȝ vt velare ſctõs corpa ſua cõſpi=
ciunt: ita ip̄i quoq̄ȝ lachrymaꝝ ſuarũ alis velant᷑. Seipſos
enĩ magnis increpationibꝰ feriũt: cur q̄ v̄tutes nõ habent
pctã ſua mĩme deplorãt: ſi adhuc ⁊ illi plãgere nõ deſiſtũt /
q̄ iã virtutũ pẽnas ꝑ exẽpla ad ꝓximos tendũt? In q̄bus
verbis neceſſe eſt vt nos q̄ paruuli adhuc ſumꝰ: ꝑfectoruȝ
ſemꝑ ⁊ v̄tutes ⁊ lachrymas añ mentis noſtre oculos pona
mus. Imitemur q̄ in illis aſpicimꝰ. vt dũ ceperimꝰ ꝑ ĩcre=
mẽta creſcere: poſſimꝰ ab illo diſtricto examine mala q̄ fe=
cimꝰ velare. In aſſiduis enĩ fletibꝰ. in quotidiana nr̄a pe=
nitentia: habemꝰ ſacerdotẽ in celis q̄ interpellat ꝓ nobis.
j. Jo. ij. De q̄ etiã ꝑ iohannẽ dr̄. Si q̄s peccauerit: aduocatũ habe
mus apud patrẽ ieſum xp̄m iuſtũ. ⁊ ipſe ē ꝓpiciatio ꝓ pec=
catis nr̄is. Ecce exultat animꝰ cũ aduocati noſtri potẽtiã

audimus. Sed exultationẽ noſtrã iteruȝ remordet timor.
q̄ȝ ipſe q̄ nobis aduocatꝰ eſt: dr̄ iuſtꝰ. Nos enĩ cauſas iniu
ſtitie habemꝰ. iuſtꝰ v̄o aduocatꝰ iniuſtas cauſas nullo mo
do ſuſcipit: nec v̄ba dure ꝓ iniuſtitia defendit. Quid ergo
agimꝰ chariſſimi fr̄es mei? Sed ecce occurrit aĩo q̄d aga=
mus. Mala q̄ fecimꝰ: ⁊ deſeramꝰ ⁊ accuſemꝰ. Scriptũ eſt
Juſtꝰ in ꝑncipio accuſator eſt ſui. Quilibet etenĩ pctõr cõ Prouer.
uerſus in fletibꝰ iã iuſtꝰ eſſe inchoat: cuȝ ceperit accuſare xviij.
qδ fecit. Cur enĩ iuſtꝰ nõ ſit: q̄ ꝯtra ſuã iniuſtitiã iã ꝑ lachry
mas ſeuit? Juſtꝰ igit᷑ aduocatus noſter: iuſtos nos defen=
det in iudicio. q̄ȝ noſmetipſos ⁊ cognoſcimꝰ. ⁊ accuſamus
iniuſtos. Nõ ergo in fletibꝰ. nõ in actibꝰ noſtris: ſed in ad=
uocati noſtri allegatione confidamus. Qui viuit ⁊ regnat
cum patre in vnitate ſpiritusſancti deus. Per omnia ſecu
la ſeculoꝝ. Amen.

Omelia octaua.

ET audiebã ſonũ alarũ q̄ſi ſonũ aquaꝝ
multaꝝ: q̄ſi ſonũ ſublimis dei. Cũ am=
bularent q̄ſi ſonꝰ erat multitudinis. vt
ſonꝰ caſtroꝝ. Cũq̄ȝ ſtarẽt demittebant᷑ pẽne eo=
rũ. Nã cũ fieret vox ſuꝑ firmamẽtũ qδ erat ſuꝑ
caput eoꝝ: ſtabãt et ſubmittebãt alas ſuas. Et
ſuꝑ firmamẽtum qδ erat iminẽs capiti eorũ q̄ſi
aſpectꝰ lapidis ſaphiri. ſil'itudo throni: ⁊ ſuper
ſimilitudinẽ throni ſil'itudo q̄ſi aſpectꝰ hoĩs de
ſuper. Et vidi q̄ſi ſpeciẽ electri: velut aſpectuȝ
ignis intrinſecꝰ ꝑ circuitũ. a lũbis eiꝰ ⁊ deſuper
et a lũbis eiꝰ vſq̄ȝ deorſũ vidi q̄ſi ſpeciem ignis
ſplẽdẽtis in circuitu. velut aſpectũ arcus cũ fue
rit in nube in die pluuie. Hic erat aſpectꝰ ſplen=
doris ꝑ girũ. Hec viſio ſimilitudinis gl'ie dñi.
Et vidi et cecidi in faciem meam.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

Quod per exẽpla iuſtoꝝ multi ꝓficiant: ſuꝑioris
locutiõis fine tractatũ eſt. Atq3 hoc ipſum ꝓphe
ta nobis certiꝰ aperit: cũ his q̃ dixerat adiũgit.
Textus. Et audiebã ſonũ alarũ q̃ſi ſonũ aquarũ multaꝝ
A Solet in ſacro eloquio ꝑ aq̃s populi deſignari. Vñ ꝑ iohã
nem dr̃. Aque vo ſũt ppl̃i. Jccirco aũt aq̃s ppl̃s deſignat̃:
q2 et in vita ſonũ h3 ex tumultu carnis: et quotidie defluit
ex decurſu mortalitatis. Ut aũt ſepe iam diximꝰ: ale ſunt
aĩaliũ ṽtutes ſãctoꝝ. Quid eſt ḡ qd̃ ꝓpheta alarũ ſonũ au
dit q̃ſi ſonũ aquaꝝ multaꝝ: niſi qd̃ ex oĩpotẽtis dei pieta
te ille ale ṽtutũ q̃ in paucis priꝰ ſc̃tis ſonabãt. iã nunc p̃di
catione diffuſa: in multoꝝ populoꝝ cõuerſatione reſonãt?
Jncarnato eñi paſſo. ac reſurgẽte dño: pauca pẽnata aĩa
lia fuerũt. q2 rari valde extiterũt q̃ celeſtia deſiderarent: ⁊
virtutũ pẽnis ſe in alta ſuſpẽderẽt. Sed poſtq̃3 diuinitat̃
eiꝰ p̃dicatio in mũdo diffuſa eſt. quãti iã ꝑuuli. quãti gra
uiores. quãti fortes iuuenes. quãti ĩbecilles. quãte cõuer
ſe peccatrices. quãte annoſe ṽgines ꝑ fidẽ. ꝑ ſpem. ꝑ amo
rem ad celeſtia euolãt. q̃s dicere. q̃s eſtimare ſufficiat? Ec
ce alaꝝ ſonitꝰ q̃ priꝰ in paucis aĩalibꝰ fuit. iã nũc in popu
lis reſonat. iã nũc mũdi multitudinẽ ad celeſte deſideriu3
penne ṽtutũ leuãt. Vñ ḡ dr̃. Et audiebã ſonũ alarũ q̃ſi ſo
num aq̃rũ multaꝝ. Q2 ſicut p̃fati ſumꝰ: ille ṽtutũ ſonꝰ q̃ in
aurẽ dei p̃us ex paucis ſc̃tis factꝰ eſt: poſtmodũ ex aquis
multis. i. ex ĩnumerabilibꝰ eſt populis multiplicatꝰ. De q̃
ſono adhuc bñ addit̃. Quaſi ſonũ ſublimis dei. Quid ẽ qd̃
alarũ ſonꝰ in ſc̃tis aĩalibꝰ q̃ſi ſonus ſublimis dei dr̃: niſi q̃
oĩpotẽs deꝰ ⁊ ipſe ĩplet mẽtes ſc̃tõꝝ celeſti deſiderio: ⁊ ip
ſe exaudit ĩpletas. Jp̃e eteni creat in ſc̃tõꝝ cordibꝰ amorẽ
Luce. xxij et ipſe ex amantibꝰ cordibꝰ ſuſcipit precẽ. Negationẽ ſuã
Luce. vij. petrus fleuit amare: ſed tñ illic p̃mittit̃ / q2 Jeſus reſpexit
petrũ. Uenit maria magdalene poſt multas maculas cul
pe / ad pedes redẽptoris nr̃i cũ lachrymis. Sed q̃s illã in
fudit intꝰ: niſi q̃ benigne ſuſcepit forꝭ? Quis illã ad lachry
mas vrgebat ꝑ ꝯpũctionis ſpm̃: niſi q̃ hãc exteriꝰ corã ſi
mul recũbẽtibꝰ recipiebat ad veniã? Redẽptor igitur nr̃
peccatricis mulieris mentẽ extergebat cũ de culpa cõpũ

geret. Suſcipiebat: vt a culpa liberaret. Vñ ḡ iſte alaꝝ ſo
nus q̃ſi ſublimis dei dr̃. q2 q̃cq̃d in ſanctoꝝ ṽtutibus agit̃: Eſa. lvij.
eiꝰ eſt gratie q̃ merita largit̃. q̃ recte ꝑ ꝓphetã ſublimis de
us eſſe memorat̃. Jn ſcriptura eteni ſacra aliq̃ñ deꝰ nũcu
patiue: aliq̃ñ vo eſſentialiter dr̃. Nũcupatiue eñi dr̃ ſicut
ſcriptũ eſt. Ecce cõſtitui te deũ pharaonis. Et ſicut moy Exodi. vij
ſes ait. Si q̃s h̃ vel illud fecerit: applica illũ ad deos. vide Exo. xxij.
licet ad ſacerdotes. Qui rurſum dicit. Dijs nõ detrahes. i. Jbidem.
ſacerdotibꝰ. Et ſicut pſalmiſta ait. Deꝰ ſtetit in ſynagoga Pſ̃. lxxxj.
deoꝝ: in medio aũt deos diſcernit. Eſſentialiter autẽ deꝰ
dr̃: ſicut ad moyſen dr̃. Ego ſũ deꝰ patris tui. deꝰ abrahã. Exodi. iij
deꝰ iſaac. deꝰ iacob. Vñ paulꝰ apl̃s volẽs nũcupatiuũ dei
nomen ab eſſentiali diſcernere: de redẽptore nr̃o locutꝰ eſt
dicẽs. Quoꝝ p̃res ex q̃bus xp̃s ſm̃ carnẽ q̃ eſt ſuꝑ oĩa deꝰ Ro. ix.
bñdictꝰ in ſecula. Qui eñi nũcupatiue dr̃ deus inter oĩa. q̃
vo eſſentialiter deꝰ eſt. Ut ḡ oñderet xp̃m naturaliter de
um: nõ hũc deũ tm̃modo: ſed deũ ſuꝑ oĩa eſſe memorauit.
Q2 et electꝰ quiſq3 ſicut p̃miſimꝰ: vl̃ in exẽplo iuſtitie pre
rogando poſitꝰ dici deꝰ põt. ſed inter oĩa q̃m nũcupatiue
deꝰ. Xp̃s aũt deꝰ eſt ſuꝑ oĩa. q2 naturaliter deꝰ. Quẽ ergo
paulꝰ deũ ſuꝑ oĩa hũc ezechiel ꝓpheta deũ ſublimẽ noĩat
Poſtq̃3 vo dictũ eſt. Audiebã ſonũ alarũ q̃ſi ſonũ aquarũ Textus.
multaꝝ. q2 adhuc addit̃. Quaſi ſonum ſublimis dei. etiã h̃
intelligere poſſumꝰ: qd̃ futurũ electis oĩbus ſcimꝰ. Alarũ
eteni ſonitꝰ (ſicut diximꝰ) fuit in p̃dicatoribꝰ ſc̃tis. aqua
rũ ſonitꝰ in cõuerſis ⁊ ſequẽtibꝰ populis. Sed idẽ ipſe ſoni
tus erit q̃ñq3 ſonꝰ ſublimis dei. q2 multitudo q̃ nũc ad fidẽ
per ſc̃tõs doctores trahit̃: q̃ñq3 in celeſtẽ patriã cõgregat̃
vt ibi oẽs electi ſine fine laudent: cũ viderint ſine fine quẽ
laudẽt. Et q2 tũc ꝑfecte corpus redẽptor̃ efficit̃ oĩs mul
titudo ſc̃tõꝝ: iuxta pauli vocẽ dicẽtis. Q2 ⁊ ipſa creatura Ro. viij.
liberabit̃ a ſeruitute corruptionis in libertate gl̃ie filiorũ
dei. eiq3 ita tũc inherẽt vt eis de corruptiõe q̃ ꝑ reſurrecti
onem vincit̃ iã nihil in ſuo ſc̃tõ amore ꝯtradicat: ſed vnita
gl̃ie ſui redẽptoris fiat. Recte dr̃. Quaſi ſonꝰ ſublimis dei
Notãdus eſt ordo deſcribẽtis. Q2 priꝰ ſonꝰ ex alis aĩaliũ:
qui poſtmodũ q̃ſi ſonꝰ aquaꝝ multarũ. ad extremũ vo q̃ſi

UNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ſonꝰ ſublimis dei dicit. Qđ eni priꝰ p̄dicauerūt ſācti: hoc
poſtmodū crediderūt atq̄ tenuerūt ↄuerſi ad fidē populi.
q̇ ad extremū quoq̄ liberatori oīm reddent laudē in cele-
ſtia ſubleuati. Sonꝰ itaq̄ aīaliū fit q̄ſi ſonꝰ aq̄rū: ⁊ ſonꝰ aq̄
rū fit q̄ſi ſonꝰ ſublimis dei. q2 laudē oīpotētꝭ dn̄i quā priꝰ
in mūdo pauci: hāc poſtmodū multi clamauerūt. Et quā
nunc multi clamant cū adhuc eis in ſemetipſis ſua corru-
ptio repugnat: hāc in celeſtem patriā electi oēs ſuo iam
capiti vniti reſonabant. Adhuc autē ſanctorū animalium
Textus. opera ꝟtuteſq̄ deſcribunt: cū ſubdit. Cū ambularent: q̄ſi
ſonus erat multitudinis: vt ſonitꝰ caſtrorū. Si ꝑ ſonitum
ſublimis dei laus nr̄i creatoris ī celeſti patria deſignat.
mirādum nō eſt q̇d rurſus ad ſanctoꝝ opera in hac adhuc
vita viuētiū ꝓpheticꝰ ſermo refundit: q2 ſctūs ſp̄us in cor
de ꝓphetarū qđ ſimul oſtēdit intus: non ſimul eijcit ꝑ lin-
guā foras. Aqua quippe ſciētie qua ꝓphetātis animꝰ re-
plet: in cōtēplatiōe vehemēter exuberat. Sed q2 anguſtū
eſt ſpiritui oē os hoīs. i. foramen carnis ad explēdā illam
īmēſitatē q̄ ↄſpicit: ꝓferendo lingua variat. Poſtq̄ ergo
ſonū alaꝝ q̄ſi ſonū ſublimis dei eſſe ↄſpexit in celis: rurſus
ad terras redit: ⁊ pennata aīalia q̇d hinc agāt loquit: vt il-
Textus. lic ſūma mereant dicēs. Cū ambularēt q̄ſi ſonꝰ erat multi
B tudinis: vt ſonitꝰ caſtroꝝ. Cū predicatores ſcti mundo p̄-
dicādo ⁊ trahendo circūeūt: aīalia ambulāt. Et q2 hi etiā
quos colligūt ſtatim vt crediderint in laudē nr̄i creatoris
exurgūt: fit ſonꝰ q̄ſi ſonꝰ multitudinis. Et q2 in p̄dicatio-
ne eadē bellū ↄtra aerias ꝑtātes ſumunt: recte ſubiungit.
vt ſonitꝰ caſtroꝝ. Cū ſctis p̄dicatoribꝰ fideles ppl̄i cōiun-
gunt: ↄtra malignos ſp̄us in ꝓcinctu fidei multitudīs ca-
ſtroꝝ fiunt. Et dū quotidie fideles quiq̄ celeſtibꝰ deſide-
rijs replent: terrena deſpiciūt: dura ſibi ꝓ amore ſupne pa
trie ꝓponūt, cōtra ꝑtātes aerias caſtra fiūt: q2 armati fide
⁊ bonis opibꝰ muniti gradiunt. Quaſi eni q̇buſdā caſtris
Ephe. vj. ſpiritalis exercitꝰ ꝑ paulū dr̄. Induite vos armatura dei:
vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli. Quia nō ē no-
bis colluctatio aduerſus carnē ⁊ ſanguinē. ſ3 aduerſus p̄n
cipes ⁊ ꝑtātes, aduerſus mūdi rectores tenebraꝝ haꝝ: cō

tra ſpiritalia neq̄tie ī celeſtibꝰ. Sctōꝝ ergo multitudinis
caſtra ſunt: q̇ bellū ↄtra ꝑtātes aerias ſuſceperūt. Vn̄ ſctē
vniuerſalis eccl̄ie ita ſub ſpecie dilecte deſcribit: vt dicat
pulchra es amica mea ſuauis ⁊ decora ſicut hiel̄m: terribi Canti. vj.
lis vt caſtroꝝ acies ordinata. Quia eni hiel̄m pacis viſio
interꝑtat: cuiꝰ noīe patria celeſtis exp̄mit: ſctā eccl̄ia ſua-
uis ⁊ decora vt hiel̄m dr̄: q2 eiꝰ vita ⁊ deſideriū viſiōi iam
pacis intime cōparat: vt in eo ꝙ auctorē ſuū diligit: ꝙ eiꝰ
ſpeciē videre ↄcupiſcit. De quo ſcriptū eſt. In quē deſide j. Pe. j.
rant angeli ꝓſpicere: ꝑ ipā iam amoris ſui deſideria ange
lis ſil̄is dicat. Que quātū deo amabilis efficit tāto agit vt
malignis ſpiritibus terribilis fiat. Qualiter aūt ſit terribi
lis: ſubiūcta ↄpatiōe oſtēdit. i. vt caſtroꝝ acies ordinata. Canti. vj.
Quid eſt qđ ſctā eccl̄ia ab oſtibꝰ ſuis vt caſtroꝝ acies ſit ti
menda. Nō eni a magno intellectu vacat iſta cōparatio: et
iccirco eſt ſubtiliter intuenda. Scimꝰ eni ⁊ ↄſtat q2 caſtro-
rū acies tūc hoſtibꝰ terribilis oſtēdit: qn̄ ita fuerit ↄſtipa
ta atq̄ dēſata: vt in nullo loco interrupta videat. Nā ſi ita
diſponit vt locus vacuꝰ ꝑ quē hoſtis poſſit ingredi dimit
tat: ꝑfecto iā ſuis hoſtibꝰ terribilis nō eſt. Et nos ergo cū
ↄtra malignos ſp̄us ſpiritalis certaminis aciē ponimꝰ ſū-
mopere neceſſe ē vt ꝑ charitatē ſp vniti atq̄ ↄſtricti nunq̄
interrupti ꝑ diſcordiā inueniamur. Quia ſi q̄libet bona in
nobis opa fuerit ſi charitas deſit: ꝑ malū diſcordie locus
aperit in acie: vn̄ ad feriendos nos hoſtis valeat intrare.
Antiquꝰ ꝟo inimicus caſtitatē in nobis ſi ſine charitate
fuerit non timet: q2 ipſe nec carne premit: vt in eiꝰ luxuria
diſſoluat. Abſtinentiā nō timet: q2 ipſe cibo nō vtit: q2 ne-
ceſſitate corpis nō vrget. Diſtributionē terrenaꝝ rerū nō
timet: ſi eidē opi charitas deſit: q2 diuitiaꝝ ſubſidijs nec
ipſe eget. Valde aūt in nobis charitatē verā idē amorē hu
milē quē nobis viciſſim impendimꝰ timet: ei nimis cōcor
die noſtre inuidet: q2 hāc nos tenemꝰ in terra: quā ipſe te-
nere nolēs amiſit in celo. Vn̄ ergo dr̄. terribilis vt caſtroꝝ
acies ordinata: q2 electoꝝ multitudinē eo maligni ſp̄us ꝑ
timeſcūt. quo eos ꝑ charitatis ↄcordiā munitos ↄtra ſe et
cōglobatos aſpiciūt. Quāta aūt ſit ↄcordie virtꝰ oſtendit

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

cũ ſine illa virtutes relique: ꝟtutes nõ eſſe mõſtrant. Ma
gna enĩ eſt virtus abſtinẽtie. Sȝ ſi qͥs ita ab alimẽtis abſti
neat vt ceteros ĩ cibo diiudicet: ⁊ alimẽta eadẽ q̃ deꝰ crea
Ro. xiiij. uit ad ꝑcipiẽdũ cũ grãꝝ actiõe fidelibꝰ etiã donet: q̄d hu
Pſ. cl. ic virtus abſtinẽtie facta eſt niſi laqueꝰ culpe. vñ pſ̃ quoq̧
nullã eẽ abſtinẽtiã ſine ꝯcordia deſignãs ait. Laud. eũ in
tym. ⁊ cho. In tympano enĩ corriũ ſiccum reſonat. In cho
ro aũt voces cõcordit̃ cãtãt. Quid ĝ ꝑ tympanũ: niſi abſti
nẽtia? Et q̄d ꝑ choꝝ niſi charitatis ꝯcordia deſignat̃? qui
itaq̧ ſic abſtinẽtiã tenet vt ꝯcordiã deſerat. laudat q̄dẽ in
tympano: ſed nõ laudat in choro. Et ſunt nõnulli q̃ dũ plꝰ
ſapere q̃ neceſſe eſt ſtudẽt: a ꝓximoꝝ pace reſiliũt: dũ eos
velut hebetes ſtultoſq̧ ꝯtẽnũt. Vñ ꝑ ſe veritas amonet di
Marci. ix. cẽs. Habete in vobis ſal: ⁊ pacẽ habete inter vos: vt q̄ſq̄s
habere ſal ſapiẽtie ſtudet. curet. neceſſe eſt q̃tinꝰ a pace cõ
cordie nunq̃ recedat. Q̄ꝺ vero de his duabꝰ virtutibꝰ di
ximus: hoc de ceteris oĩbꝰ ſentiẽdũ eſt. Vñ paulꝰ terribi
Hebre. xij liter admonet dicẽs. Pacẽ ſectamini cũ oĩbꝰ ⁊ ſctĩmoniã
ſine quo nemo videbit deũ. Q̄ꝺ aũt nil ſine concordia deo
Matth. v. placeat: ipſa ꝑ ſe veritas demõſtrat dicẽs. Si offers munꝰ
tuũ ad altare: ⁊ ibi recordatꝰ fueris q2 frater tuꝰ habet ali
q̄d aduerſum te: relinque ibi munꝰ tuũ ãte altare ⁊ vade ꝓ
us recõciliari fratri tuo: ⁊ tũc venies offeres munꝰ tuum.
Ecce a diſcordãtibꝰ accipere nõ vult ſacrificiũ: holocau
ſtũ ſuſcipere recuſat. Hinc ergo ꝑpẽdite quãtũ ſit malũ di
ſcordie ꝓpter q̄ꝺ ⁊ illud abijcit̃: ꝑ q̄ꝺ culpa laxat̃. Q2 vero
electi ſp̄ in charitate ꝯiuncti ſunt: ⁊ hec eadẽ eoꝝ charitas
ſonũ laudis reddit auctori: malignis vero ſpiritibꝰ. i. anti
quis ſuis hoſtibꝰ penã incutit timoris. Recte nũc de pen
Textus. natis aĩalibꝰ d̃r. Cũ ambularẽt q̃ſi ſonꝰ erat multitudinis
vt ſonus caſtroꝝ. Debet aũt ab exortu ſctẽ eccl̃ie fidei ocu
los vſq̧ ad finẽ mũdi tendere: ⁊ hec eadẽ caſtra quõ ambu
lent videre. Caſtra enim multitudines appellantur exerci
tus cũ in ꝓcinctu pergunt aut in certo quolibet loco in iti
nere demorant̃. Caſtris ergo via eſt vita p̄ſentis ſeculi oĩ
bus ꝯcorditer viuẽtibꝰ ſctĩs. Alia aũt ſunt caſtra p̄dican
tiũ q̃ huc illucq̧ ꝓ coligẽdis aĩabꝰ in ſctĩ opis ꝓcĩctu labo

rãt: alia caſtra ꝯtinentiũ atq̧ ab hoc mũdo recedentiũ: q2
malignoꝝ ſpirituũ bella quotidie in corde ſe p̄parãt. Alia
caſtra bonoꝝ ꝯiugatoꝝ q̃ viuẽtes in amore oĩpotẽtis dei
ꝯcorditer ſic viciſſim ſibi carnis debitũ ſoluũt: vt tñ quid
deo de bonis opibꝰ debeãt nullatenꝰ obliuiſcant̃. Sȝ et ſi
qua (vt hoĩes) delinquũt: hec inceſſanter pijs actibꝰ redi
mũt. Q2 ergo diſtincti fideliũ ordines ab exortu ſctẽ eccle
ſie vſq̧ ad finem mũdi ꝯcorditer viuẽtes: ꝯ ꝑtãtes aerias
dimicant: caſtra ambulãt. ⁊ fit q̃ſi q̄dã caſtroꝝ ſonitꝰ: q2 in
eis ad laudẽ oĩpotentis dei ⁊ virtutũ gladij: ⁊ arma mira
culoꝝ ſonãt. De ſctĩs vero aĩalibꝰ adhuc ſubdit̃. Cũq̧ ſta Textus.
rent: dimittebant̃ penne eoꝝ. Stant ſctã aĩalia qñ ea q̃ dei
ſunt: intẽta ꝯtẽplatiõe ꝯſiderãt. Sed eoꝝ pẽne deponunt̃
q2 dum alta dei iudicia aſpiciũt: ſue eis virtutes vileſcũt.
Q̄ꝺ apte exponit̃ cũ ſtatim ſubdit̃. Nã cũ fieret vox ſuꝑ fir Textus.
mamẽtũ q̄ꝺ erat ſuꝑ caput eoꝝ ſtabãt: et ſubmittebãt alas
ſuas. Firmamẽtũ ſuꝑiꝰ ſub intellectu duplici iudicauimꝰ
exponẽdũ. Poſſũt enĩ ſicut dictũ eſt firmamẽti noĩe cele
ſtes ꝑtãtes intelligi. Et põt firmamẽti noĩe incarnatꝰ vni
genitꝰ: ꝑ h̃ q̄ꝺ in eũ natura noſtra ad eternitatẽ firmata eſt
deſignari. Prius ergo q̄d ſentimus de angelis: ⁊ poſtmo
dũ de dño angeloꝝ loquamur. Ecce enĩ d̃r. Cũ fieret vox
ſuꝑ firmamẽtũ ſtabãt ⁊ ſubmittebãt alas ſuas. Quo in lo
co hoc primo ſciẽdũ eſt q2 nõ ſubmittere ab inferiori ad ſu
periora tẽdere: ſed a ſuꝑiori ad ĩferiora alas deponere de
bet intelligi: ꝓpter hoc q̄ꝺ premiſſũ eſt. Cũ ſtarẽt dimitte
bant̃ pẽne eoꝝ. Querẽdũ itaq̧ nobis eſt q̃ ſit vox q̃ ſuꝑ fir
mamẽtũ ſit. Sed eandẽ vocẽ meliꝰ intelligimꝰ: ſi ab imis
ad ſuꝑiora gradiẽtes: q̃ſi q̄buſdã paſſibꝰ aſcẽdamus. Si
cut auditꝰ corpis excitat̃ voce: ita ſenſus mẽtis excitat̃ in
tellectu / qui de interioribꝰ agit̃. Vox ergo eſt in mente q̃ſi
q̄dã ſonꝰ intelligẽtie. Sȝ ſciẽdũ eſt q2 noſtris ſenſibꝰ aliqñ
vox carnis loquit̃ / aliqñ vox aĩe / aliqñ vox firmamẽti / ali
qñ vox q̃ ſuꝑ firmamẽtũ eſt. Ponamꝰ ergo ante oculos q̄ꝺ
ſi q̄ſpiã ſit leſus a ꝓximo: q̃ ex humana rõne cogitat vt vi
cẽ leſioni reddat: malũ ꝓ malo retribuat: huic vox carnis
loquit̃ in mẽte. Quia cũ diuina mãdata ꝑcipiãt bene nos

VNIVERSIDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

facere his qui nos oderũt: qſquis male facere ſe odiẽtibꝰ
cogitat: in eiꝰ aīo vox carnis ſonat. Multa terrena quoti-
die agimus: poſt hec ad orōnē redimꝰ. Accendit̃ ad cōpũ
ctionē animꝰ: ſʒ earũ rerũ quas agimꝰ imagines verſant̃
in mēte: ⁊ intētionē ꝯpũctionis ꝑpediũt in orone: ⁊ qđ vo
lētes egimꝰ: hoc interiꝰ patimur inuiti: ⁊ qđã cogitationũ
fantaſmata mētē ꝑ imagines corporeas diſpergũt: ne ſtri
cta totã in orone ſe colligat. Hec quoq; vox carnis eſt. Cũ
vero ⁊ iſta ſubigimꝰ: atq; ab oculis mētis cũctas corpore-
as imagines effugamꝰ: ipām ĩ nobiſmetipis naturã aīe q̄
rētes qualis ſit q̄ carnē viuificare pōt: ſed ſemetipām ſtrin
gere in bonis cogitatiōibꝰ ſicut deſiderat nō pōt: inueni-
mus quēdã intellectualē ſpm̃ ꝑ creatoris potētiã viuentē
corpus qđ ſuſtinet viuificãtem. Sʒ tñ obliuioni ſubditũ/
mutabilitati ſubiectũ: quē ſepe timor afficit leticia extol-
lit. Ipſe itaq; intellectꝰ aīe vox eiꝰ eſt: qꝛ ſonat qđ eſt. q̄ tñ
adhuc vox ſub firmamēto eſt. Sʒ trãſcēdentes aīam vocē
de firmamēto querimꝰ: cũ illa ſctōꝝ angeloꝝ ĩnumera mul
titudo: in oīpotētis dñi ꝯſpectu q̄lis ſit inueſtigamꝰ. q̄ ſit
in eis ſine fine feſtiuitas viſiōis dñi. q̄ leticia ſine defectu
qui amoris ardor nō cruciãs: ſʒ delectãs q̄ʒtũ in eis ſit de-
ſideriũ viſionis dei cũ ſatietate: ⁊ quanta ſatietas cũ deſi
derio. In qbꝰ nec deſideriũ penã generat: nec ſatietas fa-
ſtidiũ parit quō inherēdo beatitudini ſint beati: quō cōtē
plãdo ſemꝑ eternitatē ſint eterni. quō cōiũcti vero lumini
facti ſint lux. quō aſpiciētes ſꝑ incōmutabilē: mutati ſunt
in ĩcōmutabilitatē. Sʒ cũ iſta de angelis cogitamꝰ adhuc
vox de firmamēto ē: nō ſuꝑ firmamētũ. Trãſeat ergo ani-
mus: ⁊ ab ipſis trãſcēdat oē qđ creatũ eſt. In ſolo creatoꝛ
ſui lumine fidei oculos figat: ꝙ vnꝰ viuificet oīa q̄ creauit
deꝰ. ꝙ vbiq; eſt ⁊ vbiq; totꝰ eſt. ꝙ incircũſcriptꝰ ⁊ incōpre-
hēſibilis ſentiri pōt ⁊ videri non pōt. ꝙ nuſq; deeſt. ⁊ tñ ab
iniquoꝝ cogitationibꝰ lōge eſt: ꝙ nec ibi deeſt vbi lōge ē.
qꝛ vbi nō eſt ꝑ gratiã: adeſt ꝑ vindictã. ꝙ oīa tangit: nec tñ
eq̄liter oīa tangit. Quedã eñi tangit vt ſint: nec tñ vt viuãt
⁊ ſentiãt: ſicut ſunt cũcta inſenſibilia. Quedã tangit vt ſint
viuãt. ⁊ ſentiãt. nec tñ vt diſcernãt. ſicut ſunt bruta aīalia.

Quedã tangit vt ſint. viuãt. ⁊ ſentiãt. et diſcernãt. ſicut eſt
humana ⁊ angelica natura. Et cũ ipē nunq; ſibimetipſi ſit
diſſimilis: diſſimiliter tãgit diſſimilia: ꝙ vbiq; p̄ſens eſt
⁊ inueniri vix pōt: ꝙ ſtantē ſequimur ⁊ apprehēdere nō va
lemus. Ponamꝰ ergo ante oculos mētis q̄ illa natura ſit
q̄ tenet oīa. implet oīa. circũplectit̃ oīa. ſuꝑexcedit oīa. ſu-
ſtinet oīa. Nec alia ex ꝑte ſuſtinet atq; alia ſuꝑexcedit: ne-
q; alia ex ꝑte implet atq; alia circũplectit̃. ſed circũplectē-
do implet/ implēdo circũplectit̃: ſuſtinēdo ſuꝑexcedit/ ſu-
perexcedēdo ſuſtinet. Huiꝰ nature potētiã cũ ſtrictꝰ in ea
cogitat animꝰ: vox ſuꝑ firmamētũ fit. qꝛ eiꝰ intellectũ con
cipit: qꝛ ⁊ angeloꝝ ſenſũ ſua incōprehēſibilitate trãſcēdit.
Cũ ergo vox ſuꝑ firmamētũ fit: ſtãt aīalia ⁊ ſubmittũt alas
ſuas: qꝛ ſctōꝝ mētes cũ creatoris ſui potētiã intēta cōtem
platione ꝯſiderãt: vileſcũt eoꝝ aīo virtutes quas habent.
Et tanto fiũt apud ſe humiles: quãto eis illud altũ eſt qđ
ſuꝑ angelos ſonat. Fortaſſe eñi doctores ſunt: cũ ceperint
tacita mēte cogitare q̄ ſit ineffabilis dei ſapiētia/ q̄ mētes
hoīm ſine ſtrepitu ꝟboꝝ docet. ⁊ quō ſi hec eadē ſapientia
ſi auditoꝝ mētes nō doceat: vox docentiũ vacue laborat:
ſtitit: ac ſi ꝯ eos feruoris nihil habuiſſet. Pēſemꝰ īter hec
vbi nr̄e ꝯſciētie reatꝰ iacet. Quis enī nr̄m ſi ſaltē verbi cō=
tumeliā a ꝓximo acceperit nō ꝯfundit̄. cōmouet̄ nō ad odiū
erūpit. nō p̄ceptū dilectiōis obliuiſcit̄: Sed h̄ ſtephanus
ex oīpotētis dei gr̄a potuit. qꝛ ſurgēs in altitudineꝫ porta
fuit. Hoc nos miſeri nr̄a virtute imitari nō poſſumꝰ qꝛ lō=
ge īferius ſicut pauimentū iacemꝰ. Quid aūt nos in vita
ſanctoꝝ de nr̄a admiratiōe dicimꝰ: cū ipſi quoq; antiq̄ pa=
tres p̄dicatoꝝ ſācte eccl'ie vitā ꝯſiderātes valde admirati
ſunt: An nō eorū vitā pſalmiſta admiratꝰ eſt cum dicebat.
Mihi ſūt valde honorati ſūt amici tui deꝰ: nimis ꝯforta= Pſal.
tus eſt p̄ncipatꝰ eoꝝ. Qđ de q̄bus eiꝰ amicis dicat euāge= cxxxviij.
liū interroga: ī quo veritas p̄dicatoribꝰ dicit. Uos amici Joh.xvj.
mei eſtis. Eſaias quoq; eoꝝ vitā intuēs: ait. Qui ſūt iſti q̄ Eſaie.lx.
vt nubes volāt. ⁊ ſicut colūbe ad feneſtras ſuas: Recte au
tem p̄dicatores ſcti nubes appellati ſunt. qꝛ verbis pluūt.
miraculis choruſcant. Qui volare q̄q; vt nubes dicunt̄. qꝛ
in terra viuētes extra terrā fuit oē qđ egerūt. Uñ ⁊ ꝑ quā=
dā nubē dr̄. In carne enī ambulātes: nō ſcđm carnē milita j.Cor.x.
mus. Priores enī p̄res ꝯiugijs vtebant̄. filios ꝓcreabāt.
ſubſtātias poſſidebāt. curis rei familiar̄ ītēdebāt. Iſtos
aūt ꝓphetie iā ſpū preuidētes ſubſtātias deſerere. nihil in
terra q̄rere. nil poſſidere. nō eos vel hoīes ꝑ terrā ambulā=
tes: ſed nubes volātes noīat. Uolant enī q̄ terrā q̄ſi nō tan=

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

gũt.qꝛ in ipſa nil appetũt.Qui ⁊ ad feneſtras ſuas q̄ſi colũ=
be ſunt. qꝛ ꝓ mãſuetudinis ſue ſpũ in h̄ mũdo ꝑ oculos nil
cõcupiſcũt.Cõſideremꝰ ḡ quãte altitudinis iſte ſpiritalis
edificij porte ſũt: q̄s ⁊ ſpiritales patres admirant̄. quãtũ=
qꝫ nos in earũ admiratiõe humiliare neceſſe ē:q̄ pauimẽ=
tuꝫ ſumus. Sed qꝛ ſub lõgitudinis appellatione altitudi=
nem portaꝝ audiuimꝰ: nũc aliq̄d de eaꝝ latitudine cogno
[Textus.] ſcamus. Sequit̄. Et mẽſus eſt latitudinẽ a facie porte in=
ferioris vſqꝫ ad frontẽ atrij iterioris extrĩſecus.centũ cu=
[C] bitos ad oriẽtẽ ⁊ ad aq̄lonẽ. In q̄bꝰ verbis ſi portã adituꝫ
accipimꝰ quo ad cognitionẽ dñi intramꝰ. Porta inferior
fides ē.atriũ xo interiꝰ ꝯtẽplatio. Hꝫ aũt porta ĩferior la=
titudinẽ in facie. qꝛ videlicet fides ꝑ charitatis ſue ampli
tudinẽ hꝫ eã q̄ videt̄ a ꝓximis opatione. Quã dũ fortiter
a perfectioribꝰ agi ꝯſpicimus:nos q̄ in bonis actibꝰ angu
ſtamur exẽpla per eos magne opatiõis accipimꝰ. Et vna
queqꝫ ſctã actio q̄ſi q̄dã nobis fit latitudo itineris q̄ prius
erat anguſtia difficultatis. Hꝫ quoqꝫ atriũ interiꝰ frontẽ.
qꝛ ꝯtẽplatiua vita per quedã ſigna deſideriorꝝ ⁊ gemituũ
oſtẽdit q̄ꝫtũ intus videat.q̄ tñ amat. Denariꝰ autẽ numerꝰ
per ſemetipm multiplicatꝰ in cẽtenariũ ſurgit. Vñ recte ꝑ
centenariũ magna pfectio deſignat̄. ſicut de electis dicit̄.
[Mat.xix.] Oĩs qui relinq̄t domũ vel fratres. aut ſorores. aut patrem
aut matrẽ.aut vxorẽ.aut filios.aut agros ꝓpt̄ nomen meũ
centuplũ accipiet:⁊ vitã eternã poſſidebit. Neqꝫ eñi ſctũs
quiſqꝫ iõ terrena deſerit: vt hec poſſidere in h̄ mũdo multi
pliciꝰ poſſit. Qꝛ quiſq̄s terreno ſtudio terrã relinq̄t:terraꝫ
nõ relinq̄t:ſed appetit. Nec q̄ vnã vxorẽ deſerit centũ rece=
pturus eſt:ſꝫ per cẽtenariũ numerꝝ perfectio deſignat̄. Qꝛ
quiſq̄s ꝓ dei noĩe tꝑalia atqꝫ terrena ꝯtẽnit:⁊ hic pfectio=
nem mẽtis recipit. vt iã ea nõ appetat q̄ ꝯtẽnit:⁊ in ſequẽti
ſeculo ad eterne vite gl'iaꝫ peruenit. Centies itaqꝫ recipit
qđ dedit: q̄ perfectiõis ſpm̃ accipiẽs terrenis nõ indiget:
etiã ſi hec nõ habet. Ille aũt pauper eſt:q̄ eget eo qđ nõ hꝫ
[☞] Nam q̄ et nõ habẽs hr̃e nõ appetit: diues eſt. Paupertas
quippe inopia mẽtis eſt nõ in quãtitate poſſeſſionis. Nã
cui in pauꝑtate bñ cõuenit: nõ eſt pauper. Mẽſus eſt ḡ vir

latitudinẽ a facie porte ĩferioris :vſqꝫ ad frontẽ atrij inte=
rioris extrinſecꝰ cẽtũ cubitos. Quia redẽptor nr̃ quotidie
per magiſtros atqꝫ doctores in mẽſura perfectiõis metit̄
vitã fideliũ. vl' in ſpecie boni opis per fidẽ vel in ſctis deſi=
derijs per cõtẽplationẽ. Multi eteñi vident̄ in fide poſiti
magna opari:ſed in cẽtuꝫ cubitis nõ mẽſurant̄. qꝛ per ipſa
que faciũt terrenã gl'iam querũt. Et q̄dã vident̄ per abſti=
nentiã cruciari. gemitibꝰ ĩſiſtere. ſed eorꝝ mẽſura ad centũ
cubitos mĩme ducit̄. qꝛ in his q̄ agũt ab hũano iudicio fa=
uores req̄rũt. Quis ḡ eſt q̄ per centũ cubitos mẽſurat̄: niſi
is cuiꝰ bona opatio recta intẽtione vtit̄. vt in eo qđ agit nõ
ad terrena lucra appetẽda/aut ad laudes trãſitorias refle
ctat̄. Ecce eñi miam ꝓximis exhibere. poſſeſſa largiri. cũ
celeritate indigẽti tribuere: latitudo in facie porte ĩferio=
ris eſt. Sed ſi tua dãs aliena nõ appetas. ſi terrenã gloriã
de ipſo bono ope nõ req̄ras: recte in cẽtenario numero.i. in
perfectiõe mẽſuraris. Nã qui videt̄ dare miſericorditer ꝓ=
pria. ⁊ rapit forſitã violẽter aliena: iſte adhuc q̄ ſit via per=
fectionis ignorat. Nec cognouit vñ ad pfectionẽ tẽditur.
qꝛ nec ipꝫ eius initiũ ĩuenit. Prius eñi appetitũ euellere
a mẽte debuit ⁊ poſtea q̄ iure poſſidet largiri. Vñ ſcriptuꝫ
eſt. Declina a malo ⁊ fac bonũ. Quid eñi põt eſſe boni qđ fe [Ps.xxxiij.]
cit: q̄ necdũ a malo declinauit? Et ſunt q̄dã qui ſicut dictũ
eſt ab alimẽtis abſtinẽt. carnẽ cruciãt. ſed tñ ſi pulſati fue=
rint cognoſcunt̄ qꝛ ad mũdi gl'iam anhelãt. iſti frontẽ atrij
interioris oſtẽdũt: ſed per centũ cubitos nõ mẽſurant̄. Hi
ergo in numero pfectiõis ſunt: de q̄bus ꝑ paulũ dicit̄. Qui [Gal.v.]
carnẽ ſuã crucifixerũt cũ vitijs ⁊ ꝯcupiſcẽtijs. Et notãdũ
qꝛ nõ dr̄ q' intrĩſecus: ſꝫ extrinſecꝰ iſta mẽſurant̄. Qꝛ vide=
licet redẽptor nr̃ cũ per nos facta hoĩm vel approbat: vl' iu
dicat: nõ intrinſecus metit̄. vñ ⁊ per euãgeliũ dicit. Ex fru [Mat.vij.]
ctibus eorũ cognoſcetis eos. Qꝛ eñi per hoc qđ videmus
cognoſcimus operãtis animũ que non videmus: ſiue lati=
tudinẽ que in facie porte ē ĩferioris: ſiue frontẽ atrij iterio
ris extrinſecus metimur. Cũ eniꝫ alios cõſpicimꝰ largiri
elemoſinaꝫ. afflicto occurrere. oppſſo ſubuenire: nihil eos
in hoc mũdo gl'ie q̄rere: nullis huiꝰ mũdi cõpẽdijs inhia=

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

re. Atq̄ alios videmꝰ carnē domare. lachrymis inſiſtere.
verbis celeſtibꝰ occupari. nihil trāſitorij honoris appete
re. qd aliud debemꝰ: niſi eos ꝑfectos eſſe credere: ſanctos
eſtimare. qꝛ ergo ꝑ hoc qđ aſpicimꝰ / eos ꝑfectos eſſe vide
mus: eoꝝ vitā ꝑ cētū cubitos extrinſecus metimur. Et qꝛ
multi in iudea: plerīq̄ vero in gētilitate poſiti ad hāc ꝑfe
ctionis ſūmā venerūt: recte ſubiūgit̃. Ad oriētē ⁊ ad aqlo
nē. Judaicus eteni ppl's oriēs iure dictꝰ eſt: de cuiꝰ carne
Mala.iiij. ille eſt natus q̄ ſol iuſticie vocat̃. De quo ꝑ ꝓphetā dr̄. Uo
bis aūt q̄ timetis dn̄m orief ſol iuſticie. Per aqlonē vero
gētilitas figurat̃ q̄ diu ꝑfidie ſue frigore torpuit: et in cuiꝰ
corde ille regnauit: q̄ atteſtāte ꝓpheta apud ſemetipm̄ di
Eſa.xiiij. xit. Ponā ſedē meā ad aqlonē. Qꝛ itaq̄ incarnatꝰ ops de
us alios ꝑfectos ex iudea: alios ex gētilitate ꝑfectos itra
ſanctā eccleſiā fecit: centū cubitos nō ſolū ad orientē men
ſus eſt: ſed etiā ad aquilonē. Sꝫ qꝛ ſub aqlonis noīe de gē
tilitate ſermo ſe intulit: ꝯſiderare libet q̄ꝫtū ſuꝑ nos effuſa
ſunt viſcera creatoris nr̄i. Oēs eni nos ex gentilitate veni
mus. Antiqui parētes noſtri lignis ⁊ lapidibꝰ ſeruiebāt. ⁊
derelinquētes deū a quo facti ſunt: deos venerati ſunt q̄s
fecerūt. Nos aūt ꝑ oīpotētis dei gratiā ad lucē de tenebrꝭ
venimꝰ. Recolamꝰ ergo de q̄bꝰ tenebris venimꝰ: et de lu
ce quā accepimꝰ gr̄as agamus. Neq̄ eni diuinā mīam in
telligit: q̄ ſue miſericordie memor nō eſt. Un̄ ⁊ ꝑ pſalmiſtā
Pſ.xvj. deo dr̄. Mirifica miſericordias tuas dn̄e: q̄ ſaluos facis ſpe
rātes in te. Tūc eni nobis dei miſericordie mirificant̃: cū
nobis ad memoriā miſerie nr̄e reuocant̃. Qꝛ recolētes qđ
fuimꝰ: intelligimꝰ cui debemꝰ ꝙ ſumꝰ. Cātemus itaq̄ cū
gaudio creatori nr̄o: q̄ de ſeruitio creature colla mētis ex
cuſſimus. Gaudeamꝰ in nobis īpletū eſſe qđ ꝑ eſaiā dictū
Eſa.xxx. eſt. Et frenū erroris qđ erat maxillis ppl'oꝝ cāticū erit vo
bis ſicut vox ſctificate ſolēnitatis. Frenū q̄ppe erroris ma
xillas ppl'oꝝ ꝯſtrinxerat: qn̄ idoloꝝ errore obligata gētili
tas: deo vero ꝯfeſſionis laudē dare neſciebat. Sed h̄ ipm̄
erroris frenū iā nobis in cāticū verſū eſt: cū gaudēdo pſal
Pſ.ciij. limus atq̄ cātamꝰ. Oēs dij gētiū demonia: dn̄s aūt celos
Ibidem. fecit. Et rurſuꝫ. Simulachra gētiū argētū ⁊ aurū: opa ma

nuū hoim. Os hn̄t ⁊ nō loquent̃: oculos hn̄t ⁊ nō videbunt
Aures hn̄t ⁊ nō audiēt: nares hn̄t ⁊ nō odorabūt. Manus
hn̄t ⁊ nō palpabūt: pedes hn̄t ⁊ nō ambulabunt. Qui itaq̄
hec oīpotēti dn̄o pſallēdo dicimꝰ: ipm̄ erroris nr̄i frenum
qđ a laude dei ora nr̄a ligauerat / ꝑo dn̄o cāticū fecimus.
Bene aūt dr̄. ſicut vox ſanctificate ſolēnitatis. Qꝛ dū con
feſſiōis laudē deo reddimꝰ: in ſctificata ſolēnitate gaude
mus. Rn̄deamꝰ ergo moribꝰ tāte mīe redēptoris nr̄i: ⁊ q̄
lucē cognouimꝰ: prauoꝝ opeꝝ tenebras declinemꝰ. Quid
eſt iā rogo qđ in hoc mūdo libeat? Ubiq̄ luctꝰ aſpicimus
vbiq̄ gemitꝰ audimꝰ. Deſtructe vrbes. euerſa ſunt caſtra.
depopulati agri. in ſolitudinē terra redacta eſt. Nullis in
agris incola pene: nullus in vrbibꝰ habitator remāſit. Et
tn̄ ipe pue gn̄is humani reliq̄e adhuc quotidie ⁊ ſine ceſſa
tione feriunt̃. Et finē nō hn̄t flagella celeſtꝭ iuſticie. qꝛ nec
inter flagella correcte ſūt actiōis culpe. Alios i captiuita
tē duci. alios detrūcari. alios interfici videmꝰ. Quid eſt ḡ
ꝙ in hac libeat fratres mei? Si ⁊ talē adhuc mūdū diligi
mus nō iā gaudia: ſꝫ vulnera amamꝰ. Ipa aūt q̄ aliqn̄ mū
di dn̄a eſſe videbat̃ qualis remāſerit roma: ꝯſpicimꝰ. Im
mēſis doloribꝰ multiplicit̃ attrita. deſolatiōe ciuiū impſſi
one hoſtiū. frequētia ruinaꝝ. Ita vt in ea ꝯpletū eē videa
mus qđ ꝯtra vrbē ſamariā ꝑ hūc eūdē ꝓphetā longe ſupiꝰ
dicit̃. Pone ollā. pone inq̄ꝫ ⁊ mitte in ea aquā ⁊ ꝯgere fru Eze.xxiiij
ſta eiꝰ in ea. Et paulopoſt. Efferbuit coctio eiꝰ et diſcocta
ſunt oſſa illiꝰ in medio eius. atq̄ iterū. Cōgere oſſa q̄ igne
ſuccēdā. ꝯſument̃ carnes. ⁊ coquet̃ vniuerſa cōpoſitio. ⁊ oſ
ſa tabeſcēt. Pone q̄ꝫ eā ſuꝑ prunas vacuā vt incaleſcat et
liquefiat es eiꝰ. Tūc eni nobis olla poſita eſt: cū hec eſt ci
uitas cōſtituta. Tūc in ea aqua miſſa eſt: ⁊ fruſta eiꝰ cōge
ſta ſūt / qn̄ ad eā vndiq̄ ppl'i defluebāt: q̄ velut aqua calēs
actionibꝰ mūdi ferueſcerēt: ⁊ quaſi fruſta carniū in ipo ſuo
feruore liquarent̃. De q̄ bn̄ dicit̃. Efferbuit coctio eiꝰ: ⁊ di Ibidem.
ſcocta ſunt oſſa eiꝰ in medio illiꝰ. Qꝛ priꝰ quidē in ea vehe
mēter incaluit actio gl'ie ſcl'aris: ſꝫ poſtmodū ipa gl'ia cuꝫ
ſuis ſequacibꝰ defecit. Per oſſa etenim potentes ſeculi. ꝑ
carnes ꝑo ppl'i deſignant̃. Qꝛ ſicut carnes portant̃ oſſibꝰ

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ita ꝑ potētes ſeculi īfirmitas regit̃ ppl'oꝝ. Sꝫ ecce iam de
illa oēs hui⁹ ſcl'i potētes ablati ſunt. oſſa ergo excocta ſūt.
Ecce ppl'i defecerūt. carnes ei⁹ liquefacte ſunt. Dicat̃ ita
ꝗ. Cōgere oſſa q̄ igni ſuccēdā. cōſumenẗ carnes: ⁊ coqueẗ
vniuerſa cōpoſitio ei⁹: ⁊ oſſa tabefiet. Ubi eni ſenat⁹: vbi
iam ppl's? Cōtabuerūt oſſa: ꝯſumpte ſunt carnes. oīs in ea
ſeculariū dignitatū ordo extinct⁹ eſt. Excocta eſt vniuer=
ſa ꝯpoſitio ei⁹. Et tñ ipſos nos paucos q̄ remanſimus: ad
huc quotidie gladij: adhuc quotidie innumere tribulatio
nes p̄mūt. Dicat̃ ergo. Pone quoqꝫ eā ſup prunas vacuā.
Q2 ſenatus deeſt. ppl's interijt. ⁊ tñ in paucꝭ q̄ ſūt dolores ⁊
gemitus q̄tidie multiplicant̃. iā vacua ardet roma. Quid
aūt iſta de hoībus dicim⁹ cū ruinis crebreſcentib⁹ ipſa q̄ꝫ
deſtruit edificia videm⁹. Uñ apte de ciuitate iam vacua
ſubdit̃. Incaleſcat ⁊ liquefiat es ei⁹. Iam eni ⁊ ipſa olla cō
ſumit̃. in q̄ pri⁹ ⁊ carnes oſſa ꝯſumebat̃. Q2 poſtq̄ꝫ defece=
rūt hoīes etiā parietes cadūt. Ubi aūt ſunt q̄ in ei⁹ aliqñ
gl'ia letabant̃: vbi eoꝝ pompa. vbi ſupbia. vbi frequēs ⁊ i=
moderatū gaudiū? Impletū eſt in ea qđ ꝯtra diſtrictā ni=
Naum. ij. niuē ꝑ ꝓphetā dicit̃. Ubi eſt habitaculū leonū: ⁊ paſcua
catuloꝝ leonū. an ei⁹ duces ac p̄ncipes leones nō erāt: q̄ ꝑ
diuerſas mūdi ꝓuincias diſcurrētes p̄dam ſeuiēdo ⁊ inẗ=
ficiēdo rapiebāt? Hic leonū catuli inueniebant paſcua. q2
pueri. adoleſcētes. iuuenes. ſcl'ares. ⁊ ſeculariū filij huc vn
diqꝫ ꝯcurrebāt. cū ꝓficere in hoc mūdo voluiſſent. Sꝫ iam
ecce deſolata. ecce ꝯtrita. ecce gemitib⁹ oppꝛ̄ſſa eſt. Iā nēo
ad eā currit: vt in h̄ mūdo ꝓficiat. iā nullus potēs ⁊ violen
tus remāſit q̄ opp̄mēdo p̄dā diripiat. Dicam⁹ ergo. Ubi
eſt habitaculū leonū: ⁊ paſcua catuloꝝ leonū? Contigit ei
ꝙ de iudea nouim⁹ ꝑ ꝓphetā dictū. Dilata caluitiū tuū ſi
cut aquila. Caluitiū quippe hoīs in ſolo capite fieri ſolet.
Caluitiū ꝟo aq̄le in toto corpe. q2 cū valde ſenuerit: plume
ei⁹ ac pēne ex oīb⁹ mēbris illi⁹ cadūt. Caluitiū ergo ſuū ſi
cut aquila dilatat. q2 plumas ꝑdidit q̄ ppl'm amiſit. Alarū
quoqꝫ pēne ceciderūt: cū quib⁹ volare ad p̄dam ꝯſueuerat
q2 oēs potētes extincti ſunt ꝑ quos aliena rapiebat. Hec
aūt q̄ de romane vrbis ꝯtritiōe dicim⁹: in cūctis facta mū

di ciuitatib⁹ ſcim⁹. Alia eteni loca clade deſolata ſūt. alia
gladio ꝯſumpta. alia fame cruciata. alia terre hiatib⁹ ab=
ſorpta. Deſpiciam⁹ ḡ ex toto aīo h̄ pñs ſcl'm. vl' extinctū fi
niam⁹ mūdi deſideria / ſaltē cū mūdi fine. imitemur bono
rū facta q̄ poſſum⁹. Apud oriētē ⁊ aq̄lonē multi ſunt: q̄ ꝓ ꝑ
fectiōe vite cētū cubitis mēſurant̃. Ex iudea eteni ⁊ gēti=
litate ſicut dictū eſt: ad ſanctitatꝭ culmē excreuerūt: q̄uis
intelligi ꝑ oriētē ⁊ aq̄lonē etiā iuſti ⁊ pctōres poſſint. Ori=
ens q̄ppe nō imerito iuſti noīant̃: q̄ ſicut in luce fidei nati
ſunt: ī innocētia ꝑſtiterūt. Per aq̄lonē ꝟo recte pctōres ac
cipim⁹. q̄ meritꝭ frigore dilapſi: ſub peccati ſui vmbra tor=
puerūt. Sꝫ q2 oīpotētis dei mīa etiā tales ad penitētiā re
uocat. ꝯpūctiōe ⁊ lachrymis lauet. ꝟtutibus ditat. vſqꝫ ad
perfectionis gloriā ſubleuat. Nō cētū cubitis ſolū ad oriē
tē: ſꝫ etiā ad aquilonē ducunt̃ dū cū iuſtis etiā peccatores
per dona ⁊ penitētiā ad ꝑfectionē veniunt.

Omelia. xix.

PORtā vero q̄ reſpiciebat viā aquilonis
atrij exterioris mēſus eſt tā in longitu=
dine q̄ꝫ in latitudie ⁊ thalamos ei⁹ tres
hinc ⁊ tres inde. et frontē eius ⁊ veſtibulū eius
ſcđꝫ menſurā porte p̄oris: quīquaginta cubito=
rum longitudinē eius: et latitudinem viginti=
quīqꝫ cubitoꝝ. Feneſtre aūt eius ⁊ veſtibulū et
ſculpture ſcđm menſuraꝫ porte q̄ reſpiciebat ad
orientem: et ſeptē graduum erat aſcenſus eius.
Et veſtibulū ante eā: et porta atrij interioris cō
tra portā aquilonis ⁊ orientalē. Et mēſus eſt a
porta vſqꝫ ad portā cētū cubitos. Et eduxit me
ad viā auſtralē: et ecce porta q̄ reſpiciebat ad au
ſtrum. Et mēſus eſt frontē ei⁹ et veſtibulū eius
iuxta mēſuras ſupiores: ⁊ feneſtras ei⁹ et veſti=
bula in circuitu ſicut feneſtras ceteras: q̄nq̄gin

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

ta cubitoꝝ lõgitudine ⁊ latitudine vigintiq̄ꝫ
cubitoꝝ: et in gradib⁹ ſeptē aſcēdebat ad eam.
Et veſtibulū ante fores ei⁹: ⁊ celate palme erāt
vna hinc et altera inde in fronte eius.

Magna legētiū debet eſſe diſcretio: vt in ſacro elo
quio cū quilibet vnus ſmo dr: nō ſemp vnā ean-
dēꝫ rē ſignificare credat. Sicut aliqñ ſol in bo-
no: aliqñ vero accipit in malo. Solis eteni noie
aliqñ ſignat dñs: aliqñ pſecutio. Atteſtāte aūt libro ſapiē-
Sapi.v. tie: in inferno impij dicturi ſunt. Errauim⁹ a via vitatis:
et ſol iuſticie nō luxit nobis. Et de iactis ſeminib⁹ dñs di
Mar.iiij. cit. Orto ſole aruerūt. Qr videlicet facta pſecutione: in re-
proboꝝ cordibus pdicationis vba ſiccant. Sic leo dñm ſi
Apoc.v. gnat. Vñ ſcriptuꝫ eſt. Vicit leo de tribu iuda. Sic leonis
noie diaboli ſimilitudo exprimit. ſicut p pmū paſtorē dicit
j.Pe.v. Aduerſari⁹ veſter diabol⁹ ſicut leo rugiēs circuit querēs
quē deuoret. Sic bouis noie ſapiēs deſignat. Vñ ſcriptū
Deut.xxij eſt. Nō iūges bouē ⁊ azinū. i. ſapiētē cū ſtulto in pdicatiōe
nō ſocies. Sic p bouē fatuus figurat. ſicut de eo q̄ in turpi
puer.vij. tudine amoris capt⁹ eſt dr. Statimꝫ eā ſeq̄tur / q̄ſi bos du
ctus ad victimā. i. ſic fatu⁹ trahit ad mortē. Hec igit dixi
ne qr porta ſignare dñm. vel pdicatores. vel ſcripturaꝫ ſacrā
vl' fidē expoſui. Vbicūꝫ iā in h ꝓpheta porta legit: ſigna
re aliud nō credat. Cū eni de vna porta ꝓpheta loqueret:
recte fides intellecta eſt. qr vna eſt oīm electoꝝ fides. Cuꝫ
vero alie porte nominant: intellige ora pdicatorū pñt: p q̄
vera vita cognoſcit: ⁊ p q̄ aſcēdit ad ſacramētoꝝ ſpiritaliū
cognitionē. Nā portā p quā ſignificare fidē diximꝰ: notā-
dū nobis eſt qr inferior appellat. In hac eni vita dū ſum⁹
quaſi i imo poſiti adhuc inferi⁹ tenemur. Et recte iferior
porta fides eſt. qr nobis i terra poſitis aperit cognitioneꝫ
Textus. dei. Itaꝫ nūc dr. Portā quoꝫ q̄ reſpiciebat viā aq̄lonis
atrij exterioris mēſus eſt tā in lõgitudine q̄ꝫ in latitudine.
et thalamos ei⁹ tres hinc: ⁊ tres inde. Et frontes ei⁹ ⁊ ve-
ſtibulū ei⁹ ſm mēſurā porte prioris q̄nquaginta cubitoꝝ.
longitudinē ei⁹ ⁊ latitudinē vinginti ⁊ q̄nꝫ cubitoꝝ. Fe-

neſtre aūt ei⁹ ⁊ veſtibulū ⁊ ſculpture ſm mēſurā porte q̄ re
ſpiciebat ad oriētē. ⁊ ſeptē graduū erat aſcēſus ei⁹ ⁊ veſti-
bulū añ eā. De porta q̄ reſpiciebat viā aquilonis atrij ex-
terioris ea ipa replicant que iā de porta alia ſupiori dicta
ſūt. atꝫ alia ſubiūgunt que de pdicta porta ꝓpheta tacue
rat. Ut ḡ de his lati⁹ diſſeram⁹ / q̄ necdū diſcuſſa ſunt: de-
bem⁹ ea q̄ dicta ſunt ſub breuitate replicare. Porta enim
viā aq̄lonis reſpicit: cū predicator q̄ſꝫ vitā pctōris agno-
ſcit. eiꝫ interiora vite p verbū predicatiōis aperit. q̄ por-
ta atrij exterioris dr. Exteri⁹ quippe eſt atriū vita pñs. i
qua oīe qđ corpalit agit: corporalit etiā videt. Que tam
in longitudine q̄ꝫ in latitudie mēſurat. qr cū ad fidē pecca-
tor ducit: neceſſe eſt vt ei⁹ doctor ꝯſideret vel q̄ꝫtū ad lon-
gitudinē ſpei: vel q̄ꝫtū in latitudinē chariiatꝭ ex ei⁹ admo
nitiōe ꝓficiat. Qui eni ad deū ꝯuertit / ſi adhuc bona vite
pñtis ſperat: longitudinē nō hꝫ. qr breuis ē vita in q̄ ſpem
poſuit. Si p terrenoꝝ ꝯcupiſcētiā ⁊ adhuc ꝓximi odio co
anguſtat: latitudinē nō hꝫ. qr neſcit vel tranſitoria cōtēne-
re: vel ſe in ꝓximi amore dilatare. Cū vero ꝯuerſus quiſꝫ
eterne vite gaudia longanimiter ſperat. ꝓximoꝝ moleſti-
as cū charitate tolerat. ⁊ ea q̄ nō hꝫ cōcupiſcere ꝯtēnit: lon
gitudinē ⁊ latitudinē porta hꝫ. qr glīa pdicatoris eſt ꝑfe-
ctus auditoris. Vñ quibuſdā p magnū pdicatorē dr. Gau Phili.iiij
diū meū ⁊ corona mea. Et rurſum. Ecce nunc viuo / ſi vos j.Thi.iij.
ſtatis in dño. Atꝫ iterꝝ. Que eſt nr̄a ſpes aut gaudiū: nōne j.Thef.ij.
vos añ dñm? Lõgitudo ḡ ⁊ latitudo porte eſt q̄ ad aq̄lonē
reſpicit. qr cū infidelē quēpiā in pctīs ſui frigore torpēteꝫ p
dicator ad fidē ꝯuerterit / p h q eū in longitudinē ſpei ten
dit ⁊ i amplitudinē charitatis dilatat: ei⁹ glīam facit. Et
qr in cognitiōe ſctē trinitatis ex vbo pdicatiōis auditores
quiꝫ in eiuſdē trinitatis amore ꝓficiūt. hꝫ hec eadē porta
thalamos tres hinc ⁊ tres inde. qr oīe qđ p teſtamētū no-
uū de trinitate ꝯditor loq̄tur: h etiā de teſtamēto veteri oñ
dit. Et cor audiētiū in amore celeſtis patrie ꝓficit. vt aīa i
herēs deo q̄ſi ſponſa cū ſponſo i quodā iā thalamo ſedeat:
atꝫ ſe a terrenis deſiderijs funditus auertat. Vel certe vt
longe ſupi⁹ dictū eſt / qr tres ſūt ordines bñ viuētiū. bono-

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

rū ſcꝫ cōiugatoꝝ.ꝯtinētiū.atq; ꝑdicatoꝝ.Et q2 alij etiam
in ꝯiugijs poſiti amore celeſtis patrie anhelāt.alij aūt ſpe
eterni gaudij etiā carnē macerāt. oēſq; actus terrenos re=
fugiūt.⁊ ī cura huiꝰſcl'i implicari ꝯtēnūt.alij ꝟo ⁊ terrena
bona deſpiciūt:⁊ celeſtia gaudia ꝑdicāt que cognouerūt.
Quid iſti niſi ī ſpiritali edificio thalami ſunt:ī quoꝝ cogi=
tatiōe ⁊ meditatiōe aīa celeſti ſpōſo ſociat᷑. Quos tres bo=
norū ordines q2 nō ſolū eccl'ia ex gētibꝰ hꝫ:ſꝫ aliqñ etiā ſy
nagoga habuit:dū magna multitudo ſpiritaliū redēptoꝛ
grāꝫ ardēter expectauit:porta edificij celeſtis tres hinc ⁊
tres inde thalamos hꝫ.Q2 ꝑdicator quiſq; cū ad ſupnā pa
triā auditorē ꝓuocat:⁊ nouos p̄ſes ⁊ veteres anhelaſſe ce
leſti deſiderio demōſtrat. Plus eni plerūq; exēplū q̄ꝫ ra=
tiocinatiōis ꝟba ꝯpūgūt. Et cū predicator dicit. Quales
alij in cōiugio vel ī ꝯtinētia vel in ꝑdicatiōe erga oīpoten
tis dei amorē in nouo teſtamēto fuerit:vel alij q̄les ī vete=
ri porta q̄ loq̄tur ternos ex vtroq; latere hr̄e thalamos oñ=
dit. Que porta hꝫ ⁊ frontē.q2 ſunt in ꝑdicatoris vita apta
opa q̄ vident᷑. Habet ⁊ añ frontē veſtibulū.q2 priuſq̄ꝫ bona
opa inſinuet:ꝑdicat fidē p quā aīa hūilit᷑ veniēs ad bono=
rū actuū altitudinē ſubleuet᷑. Que cūcta ſm mēſurā porte
prioris ſunt:iuxta h̄ qđ ſubdit᷑. Q2 mēſus eſt q̄nq̄ginta cu=
bitoꝝ longitudinē eiꝰ ⁊ latitudinē viginti q̄nq; cubitorū.
Hec iā ſupiꝰ latiꝰ me dixiſſe meminiſtj. Per q̄nq̄genariū
eni nūeꝝ requiē diximꝰ figurari.q2 ⁊ q̄nq̄geſimꝰ veteri po
pulo ī requiē dat᷑ qui appellatꝰ eſt iubileꝰ:⁊ ſeptenarius
nūerus p quē h̄ oīe tp̄s euoluit᷑ ſepties multiplicatꝰ:ad q̄
draginta ⁊ nouē ducit᷑. Cui monas addit᷑.q2 ī vniꝰ ꝯtēpla=
tione requies et̄na pficit᷑. Idē ergo q̄nquagenariꝰ nūerꝰ
nobis ī longitudinē eſt.q2 puenire ad illā requiē nō pōt:ni
ſi q̄ ad eā ſpem ſuā mō tēdere lōganimit᷑ pōt. Q2 eni p quin
quagenariū numeꝝ ad eternā requiē ꝓuocamur:etiā hoc
nos oīno inſtruit:qđ in tabernaculo decē cortine iuſſe ſūt
fieri:q̄ haberēt anſulas q̄nquagenas ⁊ circulos aureos q̄n
quagenos a latere ⁊ ſūmitate. Cortine tabernaculi ſctiom
nes ſūt:q̄ ex diuerſis ꝟtutū coloribꝰ in ſctē eccl'ie ornamē=
to pficiūt. Qui ⁊ interiora velāt:⁊ exteriora oīmodo exor

nāt.q2 eoꝝ vita inq̄ꝫtū videt᷑ ornamētū eſt:⁊ eoꝝ intellectꝰ
intus abſcōditus:dū celeſtia q̄ in mēte ſeruāt edicere non
pñt/in eis aliquo mō velat᷑. Recte aūt decē cortine ſūt.q2
p decalogi ſtudiū ipa ſctōꝝ corda pfecert. Iacinctine ꝟo
anſule cortinaꝝ fieri q̄nq̄ginta p̄cepta ſunt. Iacinctꝰ celi
ſpēm hꝫ. Anſule ꝗ̃ cortinaꝝ ſunt p̄cepta celeſtia in qbꝰ ligā
tur aīe. vt ab inferioribꝰ ſubleuate ſupiꝰ pēdeāt. Que vide
licet anſule hñt ⁊ circulos aureos:ītellectū ſcꝫ ꝟa ſapiētia
fulgētē. Qui intellectꝰ q2 eſſe dꝫ p oīa circūſpectꝰ:⁊ caute
ſollicitudinis vigilātia munitus:recte p circulos deſigna
tur. Et notādū q̄ a latere ⁊ ſūmitate iubent᷑ anſule vel cir=
culi in cortinis fieri.q2 p̄cepta celeſtia ⁊ intellectꝰ ſpirita=
lis nō ſolū debet nos rurſuꝫ in dei amorē ſuſpēdere:ſꝫ etiā
ꝓximo in charitate ſociare. In eo eni q̄ ꝯditorem noſtrū
diligimꝰ:quaſi p ſuperiores anſulas in aere pēdemꝰ. In
eo vero q̄ ſicut noſmetip̄os ꝓximos amamus:anſulas et
circulos a latere habemꝰ.vt cortine tabernaculi.i. fideliuꝫ
aīe p charitatē cōiūcte ſint:⁊ nō p diſcordiā diuiſe. Vñ ⁊ h̄
poſt longitudinē q̄nq̄ginta cubitoꝝ ꝓtinꝰ latitudo ſubiū=
git᷑. viginti ⁊ q̄nq; cubitoꝝ.q̄ videlꝫ latitudo ad charitatē ꝓ
ximi ptinet.ip̄a ei ī fratꝝ amore ſe dilatat:atꝫ erga eos oē
qđ pōt boni opis exercet. Cūcta aūt bōa opa q̄ corpaliter
fiūt:p q̄nq; corporeos ſenſus exhibent᷑. videlicet p viſum.
auditū.tactū guſtuꝫ.odoratū. Quinariꝰ ꝟo nūerꝰ p ſemet=
ip̄m ductus ad viceſimū ⁊ q̄ntū puenit.q2 bona opa cū agi
ceperit:p feruorē animi ad augmētū excitāt:⁊ p ſemetip̄a
multiplicant᷑. Vñ ⁊ latitudinē mēti faciūt:vt ñ ſit anguſta
per teporē:ſed expāſa in bonis actibꝰ p charitatē. Oīs eni
torpor teporis anguſtia eſt. oīs ꝟo benignitas charitatis
magna latitudo. Nā ⁊ ſi res deſunt q̄ fortaſſe indigēti pro=
ximo p̄beant᷑:ampla eſt ſubſtātia voluntatj bone q̄ ſufficit
ad regni retributionē. ſicut ſcriptū eſt. In t̄ra hoībꝰ bone Luce.ij.
volūtatis. Sequit᷑. Feneſtre aūt eiꝰ veſtibulū ⁊ ſculpture: Textus.
ſcđm mēſuram porte q̄ reſpiciebat ad oriētē. Cūcta hec iā
ſuperiꝰ latius dicta ſūt:⁊ idcirco ſermo nō dꝫ moroſa expo
ſitiōe tardare. Hoc tñ magnope notādū eſt q̄ porta ad aq̄=
lonē ea oīa hr̄e phibet᷑ q̄ porta ad oriētē.feneſtras ſcꝫ cōtē=

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

plationis. veſtibulũ humilitatꝭ. ſculpturã bone oꝑatiõis.
Oẽs enĩ qui ꝑ hoc ꝙ in ꝯuerſatione nati ſunt. in inocẽtia ꝑ
ſtiterũt: portã ad oriẽtem hñt. qꝛ eis celeſtis regni aditus
patet ex lumine qꝺ acceperunt. Et oẽs ꝗ in peccatis poſt-
modũ lapſi torporis ſui frigore ſunt depreſſi. ſed ꝑ pñiam
redeũt ad amorẽ celeſtis patrie ⁊ recaleſcũt: portã ad aqui
lonẽ hñt. qꝛ eis etiã poſt peccati ſui frigus regni aditus ꝑ
miſericordiã patet. Ea ergo hr̃e dr̃ ad aqlonẽ. qꝛ ⁊ ꝯuerſi pec
catores ſic ditant̃ virtutibꝰ: ſicut illi ſunt diuites ꝗ cadere
in peccati pñiaꝫ vitauerũt. Vñ ⁊ pſalmiſte voce ꝑ dñm dr̃.
Pſ. cj. Cinerẽ ſicut panẽ mãducabã. Qꝛ ſic penitẽtes recepit vt
Mat. xj. iuſtos. Scriptũ quippe eſt de peccatoribꝰ. Olim in cilicio ⁊
cinere pñiam egiſſent. Cinis ergo ſicut panis comedit̃: quan
do auctori ſuo peccator per pñiam ſicut innocẽs reuocat̃.
Porta igit̃ ad aqlonem hꝫ feneſtras. hꝫ veſtibulũ. hꝫ ſcul-
pturas. qꝛ cũ peccator ad vitã poſt culpas reducit̃: ſepe lu-
mẽ ꝯtẽplatiõis accipit. atqꝫ de ipſa memoria iniquitatꝭ ſue
gratiã magne hũilitatis: bone quoqꝫ oꝑationis efficaciã.
vt oẽ qꝺ fieri ꝑcipit̃: in vita eiꝰ quaſi ſculptũ eſſe videat̃. Se-
ptẽ vero graduũ erat aſcẽſus eius: ⁊ veſtibulũ ante eã. Se
ptẽ gradibꝰ ad portã aſcẽdit̃. qꝛ ꝑ ſctĩ ſpũs ſeptiformẽ grãm
aditus nobis regni celeſtis aperit̃. Quã ſeptiformẽ grãm.
Eſaias in ipo nr̃o capite / vł in eius corꝑe qꝺ ſumꝰ enume
Eſaie. xj. rans: dicit. Requieſcet ſuꝑ eũ ſpũs ſapiẽtie ⁊ intellectꝰ. ſpũs
cõſilij ⁊ fortitudinis. ſpũs ſciẽtie ⁊ veritatis. ⁊ replebit eũ
ſpũs timoris dñi. Quos gradꝰ de celeſtibꝰ loquẽs deſcen-
dendo magis ꝙ̃ aſcẽdendo numerauit. videlicet ſapiẽtiã.
intellectũ. ꝯſiliũ. fortitudinẽ. ſciẽtiam. pietatẽ. timorẽ. Et
Puer. ix. cum ſcriptũ ſit. Initiũ ſapiẽtie timor dñi. Cõſtat procul du-
bio qꝛ a timore ad ſapiẽtiam aſcendit̃. nõ aũt a ſapiẽtia ad
timorẽ redit̃. qꝛ nimirũ ꝑfectam hꝫ ſapiẽtia charitatẽ. Et
j. Joh. iiij. ſcriptuꝫ eſt. Perfecta charitas foras mittit timorẽ. Pro-
pheta ergo qꝛ de celeſtibꝰ ad ima loquebat̃: cepit magis a ſa-
piẽtia et deſcẽdit ad timorẽ. Sed nos ꝗ a terrenis ad cele-
ſtia tẽdimꝰ: eoſdẽ gradꝰ aſcẽdẽdo enumeremꝰ / vt a timo-
re ad ſapientiã ꝑuenire valeamꝰ. In mẽte etenĩ nr̃a primꝰ
aſcẽſionis gradꝰ eſt timor dñi. ſcꝺs pietas. tertius ſciẽtia.

quartus fortitudo. quintus ꝯſiliũ. ſextus itellectus. ſeptimꝰ
ſapiẽtia. Eſt enĩ timor dñi in mẽte. Sed qualis eſt iſte timor
ſi cũ eo pietas non eſt? Qui enĩ miſereri proximo ignorat. ꝗ
cõpati eiꝰ tribulationibus diſſimulat: huiꝰ timor ante oĩ-
potẽtis dei oculos nullus ẽ. qꝛ nõ ſubleuat̃ ad pietatẽ. Sꝫ
ſepe pietas ꝑ inordinatã miſericordiã errare ſolet: ſi fortaſ-
ſe pepercerit ꝗ parcẽda nõ ſunt. Peccata etenĩ ꝗ feriri gehẽ
ne ignibꝰ pñt: diſcipline verbere ſunt corrigẽda. Sed ior-
dinata pietas cũ tꝑaliter parcit: ad eternũ ſuppliciũ ꝑtra-
hit. Vt ergo vera ⁊ ordinata ſit pietas: ad gradũ eſt alium
ſubleuãda. i. ad ſcientiã. vt ſciat vł qd ex mĩa puniat: vł qd
ex pietate dimittat. Sed qd ſi ſciat quid agere ꝗs debeat:
virtutẽ vero agẽdi nõ habeat? Sciẽtia ergo nr̃a creſcat ad for-
titudinẽ. vt cũ videt qd agendũ ſit: hoc agere ꝑ mẽtis for-
titudinẽ poſſit. ne timor trepidet: et pauore collapſa nõ va
leat bona defendere ꝗ ſentit. Sꝫ ſepe fortitudo ſi iprouida
fuerit ⁊ minus ꝯ̃ vitia circũſpecta: ipſa ſui p̃ſumptiõe in ca
ſum ruit. Aſcẽdat ergo ad ꝯſiliũ. vt ꝓuidẽdo p̃muniat om-
ne qꝺ agere fortiter põt. Sed eẽ cõſiliũ nõ põt ſi intellectꝰ
deeſt. qꝛ qui nõ intelligit malũ qꝺ agẽtem grauat: quõ põt
bonũ ſolidare qꝺ adiuuat? Itaqꝫ ꝯſilio aſcendamꝰ ad itel-
lectũ. Sed qd ſi itellectꝰ magno quidẽ acumine vigilet: et
moderari ſe neſciat ꝑ maturitatẽ? Ab intellectu ergo aſcẽ-
damꝰ ad ſapientiã. vt hoc qꝺ acute intellectꝰ iuenit: ſapiẽ-
tia mature diſponat. Qꝛ igit̃ per timorẽ ſurgimꝰ ad pieta-
tem. ꝑ pietatẽ ad ſcientiã ducimur. ꝑ ſcientiã ad fortitudi-
nem roboramur. ꝑ fortitudinẽ ad cõſiliũ tendimꝰ. ꝑ ꝯſiliũ
intellectu ꝓficimus. ꝑ intellectũ ad maturitatẽ ſapiẽtie ꝑ-
uenimus. ſeptẽ gradibꝰ ad portã aſcẽdimus / ꝑ quã nobis
aditus vite ſpiritalis aperit̃. Bñ aũt dr̃ qꝛ veſtibulũ erat
ante eã. Quia niſi ꝗs p̃us hũilitateꝫ habuerit: ad hos gra-
dus donoꝝ ſpiritaliũ nõ aſcẽdit. ſicut ſcriptũ eſt. Suꝑ quẽ Eſa. lxvj.
requieſcit ſpũs meus: niſi ſuꝑ humilem ⁊ quietũ: ⁊ trementẽ
ſermones meos? De ꝗ per pſalmiſtã dr̃. Aſcenſus in corde Pſ. lxxxiij.
eius diſpoſuit in cõualle lachrimaꝝ. Cõuallis quippe humi
lis locꝰ eſt. et pctõr quiſqꝫ dũ ſe in lachrimis hũiliter affligit Pſ. ciij.
in corde: ꝑ aſcẽſum virtutũ ꝓficit. Qui rurſus ait. Emittit

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

fõtes ĩ ꝯuallibꝰ. Qꝛ omĩpſ deꝰ dona ſpiritalꝭ grẽ hũilibꝰ ꝓ
ſtat. Põt q̃ȝ ꝑ veſtibulũ fides ĩtelligi. Ipa q̃ppe eſt añ gra
dꝰ ⁊ portã. qꝛ priꝰ ad fidẽ venimꝰ vt poſtmodũ ꝑ ſpiritaliũ
donoꝝ gradꝰ celeſtꝭ vite aditũ intremꝰ. Nõ eĩ ꝟtutibꝰ ve=
Act. x. nit ad fidẽ: ſȝ ꝑ fidẽ ꝑtingit ad ꝟtutes. Corneliꝰ eĩ cẽturio
cuiꝰ elemoſyne añ baptiſmũ angelo teſtãte laudate ſũt: nõ
opibꝰ venit ad fidẽ: ſȝ fide venit ad opa. Nã et ei ꝑ angelũ
Ibidem. dr̃. Orõnes tue ⁊ elemoſyne aſcẽderũt ĩ ꝯſpectũ dei. Si eñi
deũ ꝟe añ baptiſmũ nõ crediderat q̃d orabat: vł quõ hũc
omĩpſ deꝰ exaudierat: ſi nõ ab ipſo ſe ĩ bonis ꝑfici petebat
Sciebat igit creatorẽ oĩm deũ: ſed ꝙ eius omĩpſ filiꝰ ĩcar=
natus eſſet ignorabat. Neqȝ enim poterat bona agere: niſi
Hebre. xj. ante crediſſet. Scriptũ nãqȝ eſt. Sine fide ĩpoſſibile eſt
placere deo. Fidẽ ergo habuit: cuius oꝑationes ⁊ elemoſy
ne placere potuerũt. Bona aũt actiõe ꝓmeruit vt deũ per=
fecte cognoſceret: et incarnatiõis eius miſteriũ crederet/
quatinꝰ ad ſacramentũ baptiſmatis ꝑueniret. Per fidem
ergo venit ad opa: ſed ꝑ opa eſt ſolidatꝰ in fide. Veſtibulũ
itaqȝ ante gradꝰ eſt. qꝛ qui ꝑ̓us credidit: ipſe poſt virtutuȝ
Textus. gradibꝰ ad porte aditũ aſcẽdit. Sequit. Et porta atrij in=
B terioris cõtra portam aq̃lonis ⁊ orientalẽ. Hoc loco cõtra
non pro aduerſitate ponit: ſed ꝓ rectitudine. ita eñi porta
interioris atrij poſita mõſtrabat: vt porta aq̃lonis ⁊ orien
tis ꝑfecto ad eã aditu tenderet. Quid eſt ḡ ꝙ porta ĩterior
recto itinere poſita cõtra portã orientis ⁊ aq̃lonis oſtẽdit:
niſi hoc q̃d apte dat intelligi qꝛ ſiue iudaico et gentili po=
pulo/ſeu iuſtis et peccatoribꝰ. ſed poſt peccata ꝯuerſis eq̃
aditus regni celeſtis aperit. Larga eſt eniȝ miſericordia
creatoris noſtri. Et porta ĩterior nõ ſolũ portã oriẽtis re=
ſpicit: ſed etiaȝ aq̃lonis. Quia nõ ſolũ his qui in innocẽtia
permanent: ſed etiã peccatoribꝰ peccata ſua penitẽdo dã=
nantibꝰ aperiunt interioris atrij gaudia vt ĩeffabilia my=
ſteria patrie celeſtis agnoſcãt. agnoſcendo ſitiãt. ſitiendo
currãt. currẽdo ꝑueniãt. Hec eterni gaudia ſecreta cogno
Ps. lxj. uerat q̃ dicebat. Sitiuit aĩa mea ad deũ viuũ: q̃ñ veniã et
parebo ante faciẽ dei. Predicator gentiũ ad hũc aditũ re
Philip. j. gni celeſtis anhelabat: cũ dicebat. Cupio diſſolui ⁊ eſſe cũ

christo. Hec exultationis occulte ſecreta cognouerat ſpõ=
ſa: q̃ dicebat. Dilectus meus miſit manũ ſuã per foramẽ: ⁊ Can. v.
venter meus ĩtremuit ad tactũ eius. Dilectus eteñi manũ
per foramẽ mittit: q̃ñ virtute ſua dñs nr̃m animũ ꝑ ſubtilẽ
intellectũ pulſat. Et venter in tactu illiꝰ cõtremiſcit. qꝛ in=
firmitas noſtra ꝑ hoc ꝙ celeſtis gaudij intellectu tangit:
ipſa ſua exultatione turbat. Et fit in mẽte pauor cũ letitia
qꝛ et ſi iã ſentit q̃d de celeſti gaudio diligit: adhuc metuit
ne nõ pereat q̃d vix tenuiter ſentit. Quid igit reſtat: niſi vt
ſe ad ꝑfectioris vite curſum dirigat/oẽs q̃ illa gaudia pa
trie celeſtis agnoſcũt. Vñ et hic apte ſubiũgit. Et mẽſus Textus.
eſt a porta vſqȝ ad portã centũ cubitos. Centenariũ nume
rũ qꝛ decies ꝑ denariũ ducit: iã ſuperiꝰ diximꝰ eſſe ꝑfectũ
Is itaqȝ qui aditũ atrij interioris videt: ꝑfecto neceſſe ẽ
vt per vitã ꝑfectionis currat/et a porta inchoationis vſqȝ
ad cõſũmationis ĩgreſſum ꝑueniat. Menſuret ergo atriũ
interiꝰ ꝙ a portis exterioribꝰ vſqȝ ad portã interiorẽ tẽdi=
tur centũ cubitis. vt q̃ intrare amãdo cepit: latitudinẽ ꝑfe
ctionis habeat in mẽte. Quatinꝰ in eo quẽ diligit: hũc nec
aduerſa coanguſtẽt. ſȝ trãſitoria cũcta deſpiciẽs quouſqȝ
ad gaudia ſecreta ꝑueniat/ꝑ atriũ ꝑfectionis currat. Sũt
eteñi multi qui iã in ſeptẽ gradibꝰ aditũ porte exterioris
intrauerũt iuxta quẽdã ſupne diſpẽſationis modũ. per ti=
morẽ dei humiles. ꝑ pietatis ſtudiũ miſericordes. ꝑ ſcien=
tiam diſtricti. ꝑ mẽtis fortitudinẽ liberi. ꝑ cõſiliũ cauti. ꝑ
intellectũ ꝓuidi. per ſapiẽtiã maturi. Sed adhuc q̃buſdã
neceſſitatibꝰ obligati: huius mũdi curis inſeruiũt. Et vñ
iã ex magna parte excuſſerũt aĩm: ibi adhuc tenent inuiti
Cũqȝ ſupimpoſita terrene occupationis portãt onera: mi
nus in ꝑceptis celeſtibꝰ exercẽtur. Et dũ anhelare medul
litus ad eternã patriã nõ vacat: ipſa in eis ſua aliquo mo=
do deſideria lãgueſcũt. qꝛ aĩo curis tꝑalibꝰ prepediti: ve=
ra gaudia q̃ cognouerũt amare nõ tm̃ licet quãtũ libet. Hi
plerũqȝ a iugo mũdi colla mentis excutiũt. oĩa deſerũt. ter
rene cure põdera deponũt. Atqȝ vt ad celeſte deſideriũ la=
tius animi ſinũ laxant: vitã remotã petũt. ⁊ in ea ſctis ꝑci=
bus intẽti: ſacris meditationibꝰ deditã quotidiano ſe fle=

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

tu afficiũt. ⁊ vetuſtatẽ cordis igne amoris cõflant. atq᷒ ad
celeſte gaudiũ accendẽdo ſe innouant. Ibi plerũq᷒ in ipſo
ſuo deſiderio accenſi exire iã de carne cõcupiſcũt: atq᷒ ad
vitã pͥſentẽ redire poſt fletũ nolũt. Sed tñ differũtur vt di=
latus amor ex ipſa ſua dilatione ꝓficiat: ⁊ ardẽti deſiderio
Luce.viij quaſi qđ negat̃ creſcat. Sic in regione geraſenoꝝ q̃ libera
tus a legione demonũ fuerat: iã cũ dño ire volebat. ſed tñ
ei dicit̃. Reuertere in domũ tuã: ⁊ narra quãta fecerit tibi
dñs. Sic ſpõſa in cãticis canticorũ ſctis deſiderijs anxia
Canti.iij. loquit̃: dicẽs. In lectulo meo ꝑ noctes queſiui quẽ diligit
aĩa mea. Queſiui illũ et non inueni. In lectulo enĩ dilectũ
querit: qñ in ipſo ſuo ocio ⁊ vacatione quã appetit iã vide=
re aĩa dñm cõcupiſcit. iã ad eũ exire deſiderat. iam carere
pñtis vite tenebris anhelat. Sed q̃rit illũ et nõ inuenit. qꝛ
q̄uis magno amore deſiderat: adhuc tñ ei nõ cõcedit̃ vi=
dere quẽ amat. Tales itaq᷒ ſctõꝝ mẽtes quid aliud in hoc
deſiderio faciũt: niſi qđ iã a portis exteriorib᷒ ꝑ atriũ in=
terioris ad portã currũt. Quib᷒ ſepe euenit. vt cũ ſe vide=
rint magno celeſtis gratie mũere cõpũctos: iã ſe ꝑfectos
exiſtimẽt et obediẽtes putent. Sed qꝛ nullus eſt qui dura
precipiat: patiẽtes eſſe ſe credãt. ſed qꝛ nemo eos ꝑ ꝯtume
lias ⁊ aduerſitates pulſat. ⁊ plerũq᷒ ꝯtingit vt ſpiritale mi
niſteriũ vel inuiti ſuſcipiãt: atq᷒ ad gubernationẽ fideliuꝫ
deducãtur. Qui cũ magnis tribulationib᷒ fuerit hincinde
pulſati: turbati mẽte ſeſe ip̄fectos inueniũt q̃ nõ pulſati ꝑ
fectos ſe eẽ crediderũt. Qua ex re agit̃ vt ſe ad ſemetipſos
colligãt: ⁊ apud ſe opprobriũ ſue infirmitatis erubeſcant.
atq᷒ ex ipſa ſua ꝯfuſione roborati ꝯ̄ aduerſa patiẽtiã oppo
nant: et ex tribulatione ꝓficiãt q̃ pri᷒ in ocio ex ipſa ſua ſe=
curitate torpebãt. Et veraciter eſſe tales incipiũt: q̃les ſe
eſſe pri᷒ inaniter putauerũt. Ibi itaq᷒ cũ a portis exteriori
bus vſq᷒ ad interiorẽ portã per boni ſtudij atriũ deferunt̃:
hoc ipſum in eis atriũ centũ cubitis mẽſurat̃. qꝛ dilectiõe
et exercitio in ſctã quotidie ꝑfectione ꝓficiũt. Per quoti
diana enĩ deſideria in mẽte perfici: q̄ſi centũ eſt cubitis in
terius atriũ mẽſurari. Iccirco ẽ̄ a portis vſq᷒ ad portã cẽ=
tum ſunt cubiti. vt q̄ſi quedã more vñ ſit ipſa dilatio viuẽ=

di ꝑ quã quotidie in ꝟtutib᷒ creſcit̃: vt ad interiorẽ aditũ
perfecti᷒ ꝑueniat̃. Sequit̃. Et eduxit me ad viã auſtralẽ Textus.
et ecce porta q̃ reſpiciebat ad auſtrũ. Et mẽſus eſt frõtem
ei᷒ et veſtibulũ ei᷒ iuxta mẽſuras ſuꝑiores. Et feneſtras
ei᷒ et veſtibula in circuitu ſicut feneſtras ceteras. q̄nqua=
ginta cubitoꝝ longitudinẽ: ⁊ latitudinẽ vigintiq̄nq᷒ cubi
torũ. Et in gradib᷒ ſeptẽ aſcẽdebat̃ ad eã. et veſtibulũ añ
fores ei᷒. Cũcta hec in oriẽtis ⁊ aq̄lonis porta iã dicta ſũt C
et ꝯgruũ nõ eſt vt ea q̃ ſemel ac ſecũdo exponẽtes diximꝰ:
ſepi᷒ replicem᷒. Notandũ tñ nobis eſt qꝛ in ſpiritali edifi
cio alter adit᷒ ad orientẽ. ali᷒ ad aquilonẽ. atq᷒ ali᷒ ad au=
ſtrũ patet. Sicut enĩ aq̄lonis frigore pctõres: ita ꝑ auſtra
lem viã feruẽtes ſpiritu deſignant̃. Qui calore ſcti ſpũs ac
cenſi: velut in meridiana luce ꝟtutib᷒ excreſcũt. Pateat
itaq᷒ porta ad oriẽtẽ: vt hi q̃ ſacramẽta fidei bene inchoa=
uerũt. et in nulla poſtmodũ vitioꝝ profunditate demerſi
ſũt: ad gaudia ſecreta ꝑueniant. Pateat porta ad aquilo=
nẽ vt hi q̃ poſt inchoationẽ caloris ⁊ luminis in pctõꝝ ſuo
rũ frigore ⁊ obſcuritate dilapſi ſunt: ꝑ cõpũctionẽ peniten
tie ad veniã redeãt. et q̃ ſit interne retributionis vera leti=
tia cognoſcãt. Pateat porta ad meridiẽ. vt hi q̃ ſctis deſi=
derijs in virtutib᷒ feruẽt: ſpiritali itellectu quotidie inter
ni gaudij myſteria penetrẽt. Inter hec autẽ q̃ri poteſt: cũ
quattuor hui᷒ mũdi partes ſint: cur in hoc edificio he ex=
teriores nõ quattuor: ſed tres porte eſſe memorant̃? Qđ re
cte q̃rendũ fuerat: ſi ꝓpheta nõ ſpiritale ſed corporale edi
ficiũ vidiſſet. Sctã enĩ eccleſia. i. ſpiritale edificiũ vt ad ſe
creta gaudia ꝑtingat: tres ſolũmodo portas habe[t]: videlꝫ
fidẽ. ſpem. atq᷒ charitatẽ. Unã ad orientẽ. aliã ad aq̄lonẽ.
tertiã ad meridiẽ. Porta q̄ppe in oriẽte eſt fides. qꝛ ꝑ ip=
ſam lux ꝟa naſcit̃ in mẽte. Porta ad aq̄lonẽ ſpes. qꝛ vnuſ=
quiſq᷒ in pctis poſit᷒: ſi de venia deſperauerit fundit᷒ pe=
rit. Unñ neceſſe eſt, vt q̃ ꝑ ſuã iiquitatẽ extinct᷒ eſt: ꝑ ſpem
miſericordie reuiuiſcat. Porta ad meridiẽ charitas: quia
igne amoris ardet. In meridiana etenĩ ꝑte ſol in altũ duci
tur. qꝛ ꝑ charitatẽ lumen fidei in dei ⁊ proximi dilectione
ſubleuat̃. Trib᷒ igit̃ portis ad interi᷒ atriũ tendit̃. qꝛ ꝑ fi=

tres portas het ecclesia fide spem charitate.

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

dem.ſpem.atq; charitatē ad gaudia ſecreta ꝑuenit. Alia
quoq; q̄ſtio orit.cur porta atrij interioris poſita ↄtra por
tā orient; et aq̄lonis dr:et an ad auſtralē portā pateat tace
tur? Sed qr ꝑ oriētē inchoātes:ꝑ aquilonē lapſos dicim⁹
deſignari.dignū fuit vt vel de inchoantib⁹ q̄b⁹ adhuc ſol
in tepore eſt.vel etiā de lapſis:ſed ꝑ cōuerſionē redeūtib⁹
aperte diceret ꝙ eis porta atrij interioris pateat. Quati=
nus ex ipſis nos certos faceret:de q̄b⁹ dubitare potuerat.
Hoc aūt de porta auſtrali dicendū nō e[illegible]t.qr eos ad gau=
dia interna ꝑtingere q̄ feruore ſpūs in ꝟtutibus ꝑmanent
Textus. null⁹ ignorat. Sequit. Et celate palme erāt vna hinc ⁊ al=
tera inde in frōte ei⁹. Quid eſt hoc q̄d pri⁹ in frōtib⁹ pictu
ra palmarū:nūc autē celate palme in fronte eſſe mēorant?
Sed ſicut iā ſuperi⁹ dixim⁹.pictura palmarū eſt oſtenſio
ſignoꝝ. Nūc ꝟo celatura palmarū dr:vt bonoꝝ operū de=
mōſtratio deſignet. Ipſis eni ſummis p̄dicatorib⁹ dicit
Mat.v. Videāt opa vr̄a bona:⁊ glorificēt patrē veſtrū q̄ in celis
eſt. Qui igit in vita ſua īpreſſa eſſe ſācta opera demōſtrāt:
palmas in fronte celatas habent.qr quāta illos in poſterū
victoria ſequat:iā nūc in ſctis ſuis operib⁹ oſtēdunt. Vel
certe qr fidē per orientis.ſpem ꝑ aq̄lonis.charitatē vero ꝑ
auſtralē portā dixim⁹ deſignari. Notandū vero nobis eſt
qr in orientis porta pictura palmarū.in aquilone ꝟo ⁊ me=
ridie celatura eſſe perhibet. Qr cōtigit ſepe vt hi qui ad=
huc inchoātes ſūt:necdū ſe in operib⁹ ſolidis ac magnis
exerceāt. Hi ꝟo qui poſt iniq̄tates ad ꝟtutē redeūt:plerū=
q; vt culpas ſuas añ oīpotētis dei oculos tegere valeant:
in magnis opib⁹ exercent. Et qr iā feruore ſpūs actib⁹ et
virtutib⁹ excreuerūt:q̄ſi meridies in ſctis actib⁹ inarde=
ſcūt. In orientis ergo porta pictura eſt:in aq̄lonis vero et
meridiei celatura. Qr ſignū victorie q̄d inchoātib⁹ oſten=
dit:hoc in reuertētib⁹ atq; feruētib⁹ iā ſolidi⁹ et robuſti⁹
tenet. Notādū quoq; magnope eſt:ꝙ d̄r hinc et inde. Oēs
enī qui ad vite aditū tēdim⁹:⁊ ex dextero ⁊ ſiniſtro latere
habere palmā debem⁹. Q̄d enī hinc ⁊ inde d̄r.latus vtrūq;
ſignat. A dextro igit palmā h̄z is:quē ꝓſpera nō extollūt.
A ſiniſtro palmā h̄z is:quē aduerſa nō deijciūt. Quaſi ex

vtraq; ꝑte portabat paul⁹ palmā cū diceret. Per arma iu ij.Cor.vj.
ſticie a dexteris ⁊ a ſiniſtris ꝑ gloriā ⁊ ignobilitatē:ꝑ infa
mā ⁊ bonā famā vt ſeductores ⁊ veraces. Nō hūc aduerſa
frāgebāt:nō ꝓſpera in mētis tumorē ſubleuabāt. Hinc in=
de ergo geſtabat palmā:qr ⁊ ī aduerſitate fortis:⁊ in ꝓſpe
ritate humilis ꝑmanebat. Quiſq̄s enī de ꝓſperis extollit
habere in dexterā ꝑtē palmā neſcit. Quiſq̄s in aduerſitati
bus frāgit:portare palmā a ſiniſtro latere ignorat. Vt er=
go hinc ⁊ inde p[illegible]lma geſtet in frōte:adeſſe ſemꝑ nr̄is men
tib⁹ debet ⁊ in adue[illegible]is fiducia:⁊ ī ꝓſperis timor. Ne aut
aduerſa in deſperationē ꝑtrahant:aut ꝓſpera aīm in ſui
fiduciā extollāt. Hinc eſt ꝙ idē egregi⁹ p̄dicator dicebat.
Scio ⁊ hūiliari:ſcio ⁊ abūdare.vbiq; ⁊ in oīb⁹ inſtitut⁹ ſū. Phil.iiij.
Et ſatiari.⁊ eſurire.⁊ abūdare.⁊ penuriā pati. oīa poſſū in
eo qui me ↄfortat. Nunq̄d fratres ars eſt aliq̄ humiliari et
abūdare:ſatiari ⁊ eſurire:abūdare ⁊ penuriā pati:vt ꝓ ma
gno ſe iſta ſcire tātus p̄dicator inſinuet? Ars oīno et mira
diſcipline ſciētia:.] toto nobis cordis ē niſu diſcēda. Quē
enī penuria ſua nō frāgit:a grāꝝ actiōe nō retrahit.in reꝝ
tpaliū deſideriū nō accēdit:ſcit humiliari. Hoc enim loco
aplm humiliari:dicit penuriā ꝑpeti. Nā ſtatim ecōtrario
ſubiūgit:ſcio ⁊ abūdare. Qui eni acceptis reb⁹ nō extollit
qui eas ad vſum vane glie nō intorquet:q̄ ſol⁹ nō poſſidet
q̄d accepit:ſz hoc cū indigētib⁹ miſicorditer diuidit:ſcit
abūdare. Qui accepta alimēta nō ad igurgitationē vētr;
vtit:ſz ad repationē virtut;.nec pl⁹ carni tribuit q̄; neceſſi
tas petit:ſcit ſatiari. Qui alimētoꝝ inopiā ſine murmura
tiōe tolerat:nec ꝓ neceſſitate virtut; agit aliq̄d. vñ aīa pcti
laqueū incurrat:ſcit eſurire. Quē ḡ nec abūdātia ī ſupbiā
eleuat:nec in ncītate cupiditas irritat:nouit abūdare: no=
uit penuriā pati. Qui cū ſtatī ſubdiderit:oīa poſſū/ne ela=
tionis eſſe verba crediderim⁹:adiūxit. in eo q̄ me cōforta
uit. Ecce in altū ram⁹ ꝓdijt:ſz qr in radice ſe tenuit:ī viri=
ditate ꝑmāſit. In altū enim ſurgēs areſceret:ſi ſe a radice
diuiſiſſet. Sibi enī nihil tribuit:qr oīa ſe poſſe nō in ſe:ſed
in eo q̄ ſe ↄfortat fatet. Hinc ⁊ inde ergo p̄dicator egregi⁹
palmā habet:quē nec abūdātia in ſuperbiā:nec inopia ad

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA
GREDOS.USAL.ES

auaritiã ꝯtrahit. Diſcamꝰ itaqꝫ fratres nõ ſolũ in ꝓſperis
ſed in aduerſis quoqꝫ gratias agere. Pater eniꝫ nobis ex
pietate ſua factus eſt ꝯditoꝛ nr̃: noſqꝫ adoptiuos filios ad
hereditatẽ regni celeſtis nutrit. Et nõ ſolũ donis reficit:
ſed etiã flagellis erudit. Diſcamꝰ igitᷣ abũdare: vt cũcta q̃
ab eo accepimꝰ cũ indigẽtibꝰ partiamur. vt mẽtẽ abũdan
tia nõ eleuet: ne foꝛtaſſe gaudeat: qꝛ hoc adeſt ſibi qđ deeſt
alteri. ⁊ nõ iam cõi bono: ſꝫ ꝓpꝛio letetᷣ. A priuato gaudio
veritas ad cõe diſcipulos reuocat: cũ eos de p̄dicatiõe re
deũtes et de ſubiectiõe demonũ letãtes admonet dicens.
Lu.x. Nolite gaudere ſuꝑ h̄: ſꝫ potiꝰ gaudete ⁊ exultate: qꝛ noīa
veſtra ſcripta ſunt in celo. Nõ eni oẽs electi demonia eijci
unt: ſꝫ tñ electoꝝ oĩm noīa celo tenentᷣ aſſcripta. Admonẽtᷣ
ergo diſcipuli priuatã leticiã deponere: de cõi aũt et ꝑpe-
tua felicitate gaudere. Quiſqꝫ itaqꝫ in eo gaudet qđ alter
nõ habet: ex ipſa ſua abũdãtia deterioꝛ factꝰ: gaudiũ pri-
uatũ habet. Cõtra huiꝰ nos appetitũ abundãtie iohãnes
j. Johã.ij. admonet dicẽs. Nolite diligere mũdũ: neqꝫ ea q̃ in mũdo
Ibidem. ſunt. Qui mox rõnẽ ſubdidit q̃re. Si q̃s diligit mũdũ: non
eſt charitas p̄ris in eo. Nemo eni põt duobꝰ dñis ſeruire:
qꝛ nõ valet ſimul trãſitoꝛia ⁊ eterna diligere. Si eni eterni
tatẽ diligimꝰ: cũcta tp̄alia in vſu nõ in affectu poſſidemꝰ.
Ibidem. Qui eãdẽ rõnẽ ꝓtinꝰ ſubdit: dicẽs. Qꝛ oĩe qđ in mũdo ẽ:
ꝯcupiſcẽtia carnis eſt / ⁊ ꝯcupiſcẽtia oculoꝝ: ⁊ ſuꝑbia vite
Ideo eni hr̃e aliq̃d hoĩes ⁊ vltra q̃ȝ neceſſe ẽ ꝯcupiſcũt: vt
habẽdo ſuꝑbiãt: ⁊ qꝛ hoc aliꝰ nõ hꝫ: ſe in cogitationibꝰ ex-
tollãt. Quiſq̃s itaqꝫ talis eſt: adhuc ad poꝛtãdã abũdãtiã
doctꝰ non eſt. Sepe aũt qđ auaricia ex appetitu ſuggerit:
neceſſitatẽ putat. Et cũ minoꝛa ſufficiãt dolet maioꝛa de-
eſſe: atqꝫ incautꝰ animꝰ quãdã quaſi neceſſitatẽ patitᷣ quã
parit. Et cũ nimia ſunt q̃ deſiderat: ſuã ſibi auariciã aliq̃
modo excuſat. Abũdãtia itaqꝫ ſuꝑbie vicina eſt. Quã ſi q̃ñ
etiã cupiditas ĩtercepit: hãc (vt ita dixerim) q̃ſi peregri-
na captiuitas inuaſit. Si igitᷣ abũdãdi artẽ ſcire volumꝰ:
neceſſe eſt vt nõ ſolũ ea q̃ vicina ſunt: ſed ea etiã q̃ de lõgin-
Phili.iiij quo veniunt vitia fugiamꝰ. Diſcamꝰ penuriã pati. ne ea q̃
nõ habemꝰ habere etiã cũ culpa req̃ramꝰ, ne felices pute

mus quos rebꝰ onuſtos cernimꝰ. Nimia valde ſũt ea q̃ ſi-
bi quaſi in ſumptꝰ vite p̄ñtis p̄parãt. Multa poꝛtãt: ſed
in via breui. Magna eſt in hoc itinere ſocia pauꝑtas que
aĩm nõ anguſtat. cũ deeſt terrena ſubſtãtia de qua eterno
iudici rõnes ponamꝰ. Liberiꝰ ad patriã tẽdimꝰ. qꝛ q̃ſi in
via põdere caremꝰ. Diſcamꝰ ſatiari: ne ĩ ſumẽdis alimẽtiſ
coꝛpis gule magis q̃ȝ neceſſitati ſuiamꝰ. Plus eni cõcu-
piſcẽtia q̃ȝ neceſſitas petit. Et ſepe dũ carnis iopie ſatiſfa
cere curamꝰ voluptas ſurripit: modũ refectionis excedit.
Vñ fit vt culpa trãſeat ad culpã: qꝛ plerũqꝫ ĩde alia tẽtatio
carnis naſcitᷣ: dũ carni ĩmoderata refectiõe ſeruitᷣ. Expe-
ctata eteni p̄mi hoĩs ĩfirmãte natura: ĩ h̄ mundo cũ nr̃is tẽ
tationibꝰ naſcimur. Et caro nobis aliq̃ñ adiutrix eſt in bo
no oꝑe: aliq̃ñ aũt ſeductrix in malũ. Si igitᷣ ei pluſq̃ȝ debe-
mꝰ tribuimꝰ: hoſtẽ nutrimꝰ. Et ſi neceſſitati eiꝰ q̃ debemꝰ
nõ reddimꝰ: ciuẽ necamꝰ. Satiẽda itaqꝫ eſt caro: ſed ad h̄
vſqꝫ vt ĩ bono nob̄ oꝑe famulari ſufficiat. Nã q̃ſq̃s ei tm̃ tri
buit vt ſuꝑbiat ſatiari penitꝰ ignoꝛat. Ars itaqꝫ magna ẽ ſa
tiari: ne vnuſq̃ſqꝫ ꝑ ſatietatẽ carnis ad ĩiq̃tatẽ ꝓrũpat tur-
pitudinis. Diſcamꝰ eſurire: vt nobis ꝓptᷣ abũdãtiã ſequẽ
tẽ nr̃a h̄ iopia placeat. Nec nos vẽtris neceſſitas ad culpã
trahat: nec pctm̃ mẽti ipſa indigẽtia ſuggerat. Et dũ caro
fame afficitᷣ: ad cupiditatẽ aĩmꝰ irritetᷣ: ⁊ q̃rat cũ culpa ꝓ-
uidere vñ carni valeat ĩ neceſſitate ſatiſfacere. ne coꝛ in in
dignationẽ ꝓſiliat: ⁊ linguã in murmuratiõis amaritudi-
nẽ accendat. Qui igitᷣ in carnis ſue inopia ſe hincinde cir-
cũſpicit. atqꝫ a pcti laqueo cuſtodit: nouit eſurire. Nos ita
qꝫ fratres kmi irã atqꝫ auariciã in aduerſitate fugientes ⁊
elationẽ ⁊ ĩmoderata gaudia in ꝓſperitate declinãtes. qꝛ
per fidẽ. ſpem. atqꝫ charitatẽ ĩterioꝛis vite atriũ tribꝰ poꝛ
tis intrare ꝯſpicimꝰ: palmas hinc ⁊ inde teneamꝰ. Libet
adhuc alterũ ciuẽ celeſtis patrie ad mentẽ reducere ⁊ q̃li-
ter hincinde palmã teneat demonſtrare. Beatꝰ eteni Job
cũ eſſet viris oꝛiẽtalibꝰ ditioꝛ: ⁊ ei ꝓſpera cũcta ſuppete-
rent. filijs polleret. familia creſceret. greges exuperarent /
in tãto oĩpotẽtis dei timoꝛe ꝑſtitit: vt inter cuſtodiã diſci-
pline. ĩter acta iuſtitie. ĩter multa humilitatiſ obſequia / mi
r

VNiVERSiDAD DE SALAMANCA GREDOS.USAL.ES

ſericordie operibꝰ itētꝰ.ſacrificijs offerēdis deditꝰ.holo=
cauſta dño ꝓ ſingulis filijs imolaret:ne qs eorũ ſaltem in
corde peccaſſet. Pẽſemꝰ ꝙ quāta erat cuſtodia boni opis
qui in filijs ſuis expiabat ſacrificijs culpas cordis. Sʒ ꝗ̃
iuſtus eſſet in ꝓſperitate inotuerat. Ualde autē ignotum
erat:ſi pſeuerare iuſtus ⁊ iter flagella potuiſſet. Tāgēdus
ergo erat ỽbere vir ille ſctũs in ꝓſperis: interrogaꝉ aduer
ſis.vt q̄ notꝰ erat oīpotēti dño:notꝰ ꝑ flagella fieret nobis
et ſibimetipſi. Diſponēte itaqꝫ dño cõſũpti ſunt greges.in
terfecti cuſtodes.euerſa domꝰ.extincti filij.ꝑcuſſa caro a
plāta pedis vſqꝫ ad verticē. Remāſit vxor incolumis:que
verboꝝ iaculis vulnera augeret. Sed hāc vir ſctũs in ten
tatione ſanꝰ.in vulnere prudēter docet:eiqꝫ rñdet dicens.
Job.ij. Si bona accepimꝰ de manu dñi:mala q̃re nõ ſuſcipiamꝰ?
